


Ms.
43
1175

Columbia University Library
PLIMPTON LIBRARY
The Gift of George A. Plimpton

Ms
933
1175

Plimpton
43

10. JOSEPHUS FLAVIUS. Libri I-XII de antiquitate iudaica, Rufino Aquileiense interprete. *Manuscript on vellum, written in neat and elegant Carolinc semigothic characters in red and black, double columns, executed in France in the second half of the 12th century. 122 leaves* (16⅝ x 11⅝ *inches*). *formed by 15 quires, I-XIV₈. XV₁₀.* ***With several fine large ornamental initials in red blue and green, and a great number in red with ornaments in the same color.*** *Fol. 1r., col. 1:* Incipit liber prologus iosephi in libris iudaice antiquitatis (*in red*). HYSTORIAM disponentibus | non unam nec eandem uideo | eius studii causam.... *fol. 1v., line 38:* ....Hec autem in sacris libris | comperi ita scripta. EXPLICIT PROLOGVS. | (*in red*) Incipit liber antiquitatum Josephi nobilissi | mi hebreorum hystoriographi. *Same fol., col. 2:* IN PRINCIPIO creauit deus caelum et terram. | Sed dum terra.... *Fol. 122. col. 1. line 39:...* Qui cum principatum | sacerdocii tribus annis habuisset defunctus | est: (*in red*) Explicit liber xüus. Josephi. illustris He | breorum hystoriographi de antiquitate iudaica | ab initio mundi usque ad tempora | Machabeorum. *Col. 2, and fol. 122 v. blank.* Folio, calf.

Sæc. XII. [illegible]00

**A very beautiful and interesting manuscript. On the upper margin of the first leaf by a hand of the last years of the 12th century or beginning of the 13th is written in capitals: LIBER: SANCTE: MARIE: VALLIS: LVCENTIS: this shows that the codex belonged already in that early period to the Cistercian Abbey of Vauluisant, Diocesis of Sens (Yonne) founded 27 September 1129, and it was probably written there. Manuscripts of Josephus, especially of such early period, are of extremely rare occurrence.

LIBER SCE MARIE VALLIS LUCENSIS

Incipit prologus iosephi in libris iudaice antiquitatis.

HYSTORIAM disponentibus non unam nec eandem video eius studii causam. sed multas existere. et ab alterutro differentes. Nam quidam eorum sui sermonis pandere volentes et hec gloriam aucupantes. ad partem discipline huius accedunt. Alii vero illis gloriam deferentes. de quibus ipsam conscriptionem esse contigerit in eodem opere ultra virtutem coacti sunt laborare. Quidam autem ipsa rerum necessitate vim passi sunt. ut ea quibus interfuerunt cum agerentur. scriptura colligerent. Multos autem magnitudo rerum utilium in occulto iacentium invitavit. ut hystoriam ex his ad utilitatem deberent proferre communem. Harum itaque quas predixi causarum. due novissime pervenerunt in me. Bellum namque quod inter romanos et nos iudeos fuit. et qui actus eius. quique finis accesserit. ex principio ipse cognoscens narrare coactus sum. propter eos qui veritatem in ipsa conscriptione corrumpunt. Presens autem opus assumpsi. credens etiam dignum studii grecis omnibus apparere. Continebit itaque omnem antiquitatem nostram et conversationis ordinem. ex hebraicis litteris interpretatum. Dudum siquidem cum bella conscriberem proposueram declarare qui fuerint in initio iudei. et quibus sint usi fortunis et per quem legis latorem sint eruditi. hoc quod ad pietatem aliamque virtutis continentiam noscitur attinere. et longis pugnantes temporibus. invitii novissime venerunt ad certamina romanorum. Sed quoniam ingens erat operis eius valde complexio. in proprio solido dividens disponensque principia atque finem. consceptionem ipsam adbreviare temptavi. Tempore namque procedente secundum illud quod solet accidere cogitantibus. in quoque tarditas segniciesque successit tantam arripiendi materiam. in usu extranee lingue. et aliena consuetudine peregrine. Erant autem qui me hystorie desiderio prebuerunt talibus invitarent. et precipue bonorum omnium epafroditus vir eruditissimus. qui universas quidem diligeret disciplinas. maxime autem rerum gestarum cognitione gaudet. cum et ipse utique magnis rebus et multimodis causis interfuisset. et in omnibus mutabilem nature fortitudinem. et immutabilem voluntatem sue virtutis ostenderet. Huic enim viro semper obediens qui utiliter et bene agentium cooperator existeret. ne viderer desidia potius quam optimo labore gaudere. ad hoc me prius armavi. Illud quoque super ea que iam dicta sunt non transitorie cogitata sunt. quia pre hec et de nostra prosapia aliquid tradere nostris volui. et de grecis si qui eorum scire que sunt nostra voluerint comperi. Siquidem quoniam ptholomeorum secundus rex maxime circa disciplinam et librorum collectionem studium habens. in nostra precipue lege plus sue largitatis ostendit. et constitute ius festinavit greca voce transferri. Pontifex vero noster eleazarus nulli virtute secundus. non invidit ut predictum regem hac utilitate privaret. cui omnino forsitan restitisset. nisi patrie nostre congrueret ut nichil bonorum eius remaneret occultum. Ideoque mihi scilicet et ipsi convenire potuit. ut magnam quidem pietatem pontificis imitarer. et ut regie largitati similiter responderetur ab eis qui doctrine amatores esse noscuntur. Neque enim ille omnem descriptionem a translatoribus accepit. quando ea tantummodo que legis sunt his qui ad explanationem missi fuerant alexandriam tradiderunt. Cum sint alia innumera que per sacras litteras indicantur. ut pote quinque milium annorum hystoria in his stilis exposita. et diverse quidem in his continentie sunt. Multe vero civitatum fortune et fortia facta ducum. et mutabilitates conversationum. quod totum ex ipsa precipue hystoria poterit quilibet agnoscere. si eam voluerit lectitare. In qua etiam repperitur quoniam eis qui voluntatem propriam non secuntur. et ea que bene sancita sunt transcendere non presumunt. omnia ad terminum fidei tendentia prospere peraguntur. et honoris felicitas prebetur a deo. Quando vero recesserint aliqui ab huius diligentie veritate. fiunt eis omnia sub inopia que videbantur habundantia constituta. et in calamitatem importabilem eis vertitur. quicquid quasi bonum agere festinabant. Iam itaque eos qui lecturi sunt hos libros exoro. ut voluntatem summittant. et legis latorem nostrum probent. si naturam eius digne considerent. et semper dicentes actus virtutis eius exposuit puram rationem de illo custodiens. ab omni que refertur ab aliis turpitudine fabularum. licet ex longitudine temporis et etate vetustiore potuisset multa figmentorum fallatium habere licentiam. Fuit enim ante nos annos duo milia. in qua longitudine seculi. neque deorum ipsorum generationes poete. nisi forte hominum actus aut leges dicere presumpserunt. Integritatem videlicet eorum que ante scripta sunt. procedens sermo ordine proprio declarabit. Hoc enim facturum me in negotio isto proposui. ut nichil adiciam. nec iterum pretermittam. Quia vero pene omnia ex moseos legis latoris sapientia apud nos pendere noscuntur. necesse michi est pauca de illo predicere. ne quis

legentium querant cur nos sermo studium descriptionis habens. delictis et factis in tantam natura rationem preceserit. Sciendum itaque quoniam legis lator ille omnium rerum necessarium iudicauit: ut quisquis suam uitam bene gubernaturus et legem aliis esset positurus. dei primitus deberet considerare naturam. operaque eius mente contemplaretur: et eius exemplum imitaretur. et quantum uirtutis esset hunc sequi temptaret. Neque enim uel ipsi legis latori fuit sufficiens mens. dum in ipsis utique contemplatione deficeret: nec eis qui conscripturi sunt pro causa uirtutis aliquid prospere uentum erit. nisi prae omnibus doceantur: quia pater omnium et dominus deus existens. et uniuersa respiciens sequentibus se uitam felicissimam prebet. a uirtute uero digredientes maximis calamitatibus subdit. Hoc igitur docere desiderans moyses suos ciues ac populos legis constitutionem non aure communi nec apprius placitis inchoauit: sed ad deum et mundi fabricam eorum erigens mentes. et persuadens quoniam creaturarum terrenarum opus dei perspicuum homines sumus. dum habuisset eos iam ad pietatem obedientes de rebus reliquis eis facillime persuasit. Alii namque legis latores. fabulas sequentes. humanorum delictorum confusione potius in deos suos sacrilego sermone uerterunt: et multam malignis licentiam prebuerunt peccandi. Noster uero legis lator. summam uirtutem deum habere nuntians. infudit hominibus ea participari: et eos qualiter non sapent neque crederent iussit ineuitabiliter castigari. Secundum hoc igitur argumentum: facere hoc examinationem lecturos exoro. Sic enim considerantibus nichil irrationabile dictum nichil ad maiestatem dei atque clementiam uidetur incongruum. Cuncta namque circa naturam rerum affectionem consonam habere noscuntur: alia quidem apto uel simplici in legis latore tangente: alia uero cum sua honestate allegorice proferente. Quecumque autem dici proderat: hec manifesto declarauit. Volentibus autem etiam causas rerum singulas considerare. contemplatione multa nimis et ualde phylosophia reperitur: quod ego nunc quidem dicere suppono: sed deo nobis tempus prebente post hoc opus temptabo conscribere. Conuertar autem ad rerum narrationem: reminiscens primitus eorum que de mundi fabrica moyses dixit. Hec autem in sacris libris comperi ita scripta. EXPLICIT PROLOGUS.

Incipit liber antiquitatum Josephi nobilissimi hebreorum hystoriographi.

IN PRINCIPIO creauit deus celum et terram. Sed dum terra ad aspectum non ueniret. et profunditate tenebrarum celaretur: et spiritus dei desuper portaretur: deus fieri lumen iussit. Quo facto: considerans omnem naturam. separauit lumen et tenebras. Et alie quidem rei nomen imposuit noctem: aliud uero uocauit diem. uespere et mane appellans initium lucis et requiem. Et is quidem est: primus dies. Moyses autem: eum unum dixit. Et licet sufficiam causam rei huius etiam nunc dicere. tamen quia pollicitus sum rationem causarum singularum seorsum tradere: illud tempus ad huius rei interpretationem me necessarium est differre. Post hoc secunda die celum super omnia collocauit: eumque ab aliis distinguens in semetipso constitutum esse precepit. Et ei cristallum circumfigens: humidum eum et pluuialem ad utilitatem que fit ex imbribus terre congrue fabricatus est. Tertia uero die statuit terram: circa eam mare diffundens. Ipsa uero die: repente uirens herba. et semen de terra sunt orta. Quarta autem die ornauit celum sole et luna. aliisque syderibus. motus eis tribuens atque cursus: quibus horarum distinctiones manifeste designarentur. Quinta die animalia natatilia et uolatilia. alia quidem in profundo. alia uero in aere esse constituit: copulans ea ad communionem atque permixtionem plus future: et ut eorum natura multiplicari posset et crescere. Sexta uero die creauit quadrupedum genus. masculum faciens atque feminam: in qua etiam hominem finxit. Ita ergo mundum cunctis sex diebus et omnia que in eo sunt facta: moyses ait septimo die deum ab operibus manuum suarum requieuisse dicens. Unde etiam nos eo die a laboribus proprius uacare dinoscimur: eum sabbatum appellantes: quod nomen requiem hebraica lingua significat. Post septimam uero diem: cepit moyses de homine reddere rationem et de eius natura ita dicens. Finxit deus hominem. puluerem de terra sumens: et in eum spiritum inspirauit et animam. Hic autem homo adam uocatus est: quod nomen hebraica lingua significat rubeus: quoniam conspersa rubea terra factus est. Talis est enim uirgo tellus et uera. Presentauit autem deus ade animalia secundum genus. feminam masculumque demonstrans: et his nomina imposuit: quibus etiam nunc uocantur. Uidens autem deus adam non habentem societatem ad feminam. neque cohabitationem cum utique non esset: delectatus autem in aliis animalibus que copulata uidebantur: uno die eo dormiente auferens costam eius. finxit ei mulierem. Et adam sibi iunctam: cognouit de se fuisse plasmatam. Issa uero ebraica lingua: mulier appellatur. Nomen uero mulieris illius erat eua: quod significat omnium uiuentium

De interpretatione nominis eue.

matrem. Dicit autem deum etiam ad orientem plantaſſe paradyſum: omni germinatione florentem. In hoc etiam eſſe et uite plantationem: aliamque prudentie: qua cognoſceretur quid eſſet bonum. quidue malum. Et in hunc ortum introduxiſſe adam et uxorem eiuſ: precipienſ plantationum eoſ habere ſollicitudinem. Rigatur autem hic ortuſ ab uno flumine circa omnem terram undique perfluente. Hic in quattuor diuiditur parteſ. Et fiſon quidem nomen eſt uni: quod inundationem ſignificat. Qui eductuſ in indiam pelago late diffunditur: quo getha nuncupatur a greciſ. Eufrateſ autem et tygriſ: in mare rubrum feruntur. Vocatur autem eufrateſ quidem foraſ: quod ſignificat diſperſionem ſeu floſ. Tygriſ autem diglat: quod indicat acutum actum aliquid et anguſtum. Gyon autem per egyptum fluenſ: oſtendit eum qui nobiſ ab oriente redditur quem greci appellant nilum.

Interpretatio iiii fluminum paradyſi.

Deus igitur adam et mulieri ex aliiſ quidem plantationibus guſtare precepit: de prudentie uero plantatione uoluit abſtinere. predicenſ contingentibus ex ea perditionem eſſe uenturam. Et dum illo tempore cuncta animalia concordarent. ſerpenſ cohabitanſ cum adam atque muliere: inuidiam habuit in quibus eoſ arbitrabatur feliceſ. obedienteſ utique dei preceptiſ. Quoſ putanſ per inobedientiam calamitati ſuccumbere: perſuaſit mala uoluntate mulieri. ut de prudentie plantatione guſtaret dicenſ in ea eſſe boni malique cognitionem. Quo facto. beatam eiſ uitam. et cui nichil diuine cognitioniſ deeſſet: dicebat accedere. Et ſeduxit quidem mulierem: ut dei mandata contempneret. Que cum ex illa plantatione guſtaſſet et epulatione gauderet: etiam ut ueſceretur ade perſuaſit. Quo facto: cognouerunt ſemetipſoſ eſſe nudoſ. Confuſionemque manifeſtam habenteſ: tegumentum ſibimet inquirebant. Illa namque plantatio: cauſa acuminiſ erat et intellectuſ. Foliiſ ergo fici ſemetipſoſ operuerunt: et hec genitalibus opponenteſ. uidebantur ſibi magiſ eſſe feliceſ. in hiſ que priuſ ſe putabant difficiliuſ inuenire. Deo autem in hortum ueniente. adam equidem priuſ. ne ad eiuſ ueniret alloquium: conſciuſ iniquitatiſ ſue diſceſſit. Deuſ autem intendebat quod egerat. et cauſam requirebat propter quam priuſ eiuſ delectaretur alloquio: poſtea refugeret atque confunderetur. Illo uero nichil loquente eo quod ſe cognouerit dei tranſgreſſum fuiſſe mandatum: dominuſ autem ait. Michi quidem notum eſt de uobiſ. quemadmodum felicem uitam et extra malorum omnium paſſionem habueritiſ. nulla ſollicitudine animum ueſtrum conturbante: cum uobiſ ſponte ad fruendum et ad uoluptatiſ habundantiam orirentur uniuerſa. me prouidente uirentia. ſine labore atque miſeria. Sed nunc maliſ preſentibus ſenectuſ uelox uobiſ adueniet: et non longa uita ſuccedet: quoniam in contumeliam tali uoluntate feciſtiſ. mea mandata preuaricando. Neque enim uirtutiſ cauſa taciturnitate conſtringeriſ: ſed mala conſcientia retineriſ. Adam uero peccati ueniam poſtulabat: rogabatque deum ne eum nimiſ affligeret: et de facto coniugem accuſabat: dicenſ ſe ab ea ſeductum deliquiſſe. Que rurſuſ de ſerpente qui eam ſeduxerat querebatur. Deuſ autem adam uictum conſilio mulieriſ. pene ſubiecit: precipienſ terre ne quicquam eiſ ſponte proferret. ſed laborantibus et operatione contritiſ: alia quidem frugum redderet alia negaret. Euam uero partu et conceptionum doloribus caſtigauit. quoniam adam in quibus ipſa fuerat a ſerpente decepta ſeducenſ: calamitatibus implicauit. Abſtulit autem et ſerpenti uocem. iratuſ eiuſ malicie quam geſſerat in adam: uenenum ei ſub lingua ponenſ: quod eſſet hominibus inimicum. Precepitque ut mulier eiuſ capiti plagaſ inferret: ille uero iacenſ hominibus eſſet aduerſuſ: et interitum facilem eiſ per uindicta portaret. Quem pedibus priuauit: ut uolutatuſ in puluere traheretur. Et deuſ quidem hec eoſ pati precipienſ: tranſmigrauit adam et euam ex horto in aliam regionem. Nati ſunt autem eiſ filii duo: maſculi. Quorum unuſ quidem appellatur cain: quod nomen interpretatum ſignificat poſſeſſionem. Abel autem ſecundus: quod ſignificat nichil hoc. Quibus nate ſunt etiam filie. Germani ſiquidem: diuerſiſ ſtudiiſ luctabantur. Abel quidem iunior iuſticiam colebat: et in omnibus quecumque gerebat deum putabat eſſe preſentem: uirtutique proficiebat. cuiuſ erat conuerſatio paſtoraliſ. Cain autem erat circa alia maligniſſimuſ: et ad lucra ſolummodo ſemper intentuſ. Terram uero primuſ arare comperit: et fratrem huiuſmodi cauſa peremit. Nam cum eiſ placuiſſet ſacrificare deo: cain quidem de culture germinationibus obtulerat fructum: abel autem lac: et primogenita agnorum. Deuſ enim hoc potiuſ ſacrificio delectatuſ eſt. quod ſpontaneiſ et naturaliter ortiſ frugibus fuerat honoratuſ: et non illiſ que ex inuentione hominiſ auari nata uidebantur. Quapropter cain indignatuſ eo quod abel fuiſſet a deo prepoſituſ: fratrem interemit. Quem cum necaſſet et mortuum occultaſſet: credidit latere commiſſum. Deuſ autem ſcienſ quod erat factum uenit ad cain de fratre perquirenſ ubi eſſet. quod eum diebus plurimiſ non uideret: dum cetero tempore illum cum eo conuerſari conſpiceret. Cain autem heſitanſ nec habenſ quod deo potuiſſet edicere: ipſe quoque ſe priuſ quod fratrem non uiderit: dicere cogitabat. Et cum deuſ uehementer inſta

Id eſt generiſ humani inimico poteſtatem ueritatiſ pronunciandi et uenenum ipſemet ſub lingua poſuit. ut unde alioſ necauerat ipſemet ſuffocaretur in foueam quam illiſ parauerat cadenſ.

ret atque perseueraret: indignatus ille non se esse pedagogum atque
custodem eius. nec actuum fratris effectum. Deus uero repente
cain increpauit interemptorem fratris effectum: et ait. admi
ror si de fratre nescis quid factum sit dicere: quem ipse per
emisti. Cui tamen sacrificium celebranti. et poscenti ne
ob hoc iram susciperet: seuiorem penam homicidii relaxauit:

Quoniam primus meruisset occidi sed penitentiam prebuit reo.

maledictumque esse constituit. et eius sobolem usque ad generatio
nem septimam interminatus est esse puniendam. et ex illa terra

Non animas maledicendo: sed grauia corporibus inferendo.

eum cum uxore proiecit. Quo formidante ne bestiis capiendus
incideret et quoquo modo periret: iussit ut nichil triste de tali
cogitatione metueret. neque ei quicquam mali per bestias eueniret:
ac per omnem terram eum sine formidine signo ei posito. quo
notus fieret abire precepit.

Multam uero peragrans terram cum sua uxore cain. col
locatus in loco qui naida nuncupatur: ibique moratus
est: quo ei etiam et filii nati sunt. At uero penam illam non
habuit pro emundatione: sed crementum libidinis sue potius
nutriuit in corpore: licet eum iniuria secum commoran
tium hanc haberet: augens domum multitudine pecuniarum.
ex rapinis et uiolentia congestarum: ad luxuriam quoque et
latrocinia suos familiares inuitans: quorum doctor in scelestis
studiis erat. Et simplicitatem quidem cum qua prius uiue

Quoniam sicut maluis diabolo inheserat. ita et inhibis.

scilicet cum facti fuissent pater et mater et ut ipsi cum nati fuissent.

bant homines ad inuentione mensurarum et ponderum
permutauit: integramque eorum uitam ex earum rerum ignoran
tia atque magnanimem. ad calliditatem corruptionemque perduxit.
Terminos terre primus posuit: ciuitatesque constituit. mu
risque muniuit: illicque suos coegit conuenire domesticos.
Hanc uero ciuitatem: ab enoch seniore filio suo enocham
nuncupauit. Enoch uero iarath fuit filius. ex quo maruel
cuius fuit filius matusalas. qui habuit filium lamech: cui
fuerunt filii septem et septuaginta ex duabus uxoribus ei na
ti. sella et ada. Horum iobal quidem qui fuit de ada: ta
bernacula fixit. et greges amauit. Iobal autem qui ex altera
natus est. fortitudine cunctos excellens: res bellicas. decenter
exercuit. Ex his etiam que ad libidinem attinent corporis
enutriuit: ferrariam artem primus inuenit. Habuit fi
liam: nomine naaman. Et quoniam res diuinas sapienter sciens
uidebat se subiacere pene cain ob necem fratris: hoc suis
mulieribus indicauit. Adhuc autem uiuente adam con
tigit cain sobolem per successionem esse nequissimam: et
alium alio peiorem existere. Qui utique ad bella incon
tinentes erant: et ad latrocinia properabant. Siquis autem
eorum segnis esset. ad effundendum sanguinem: aliis rebus pes
simis imminebat: contumeliam faciens. et auarus existens.

Ab adam qui primus creatus est. usque ad diluuium fuerunt anni .II. sexcenti .LVI.

Vixit adam .D.CCCC.XXX. annos uel .D.CCCC.XXX.

Adam uero qui primus de terra factus est. et de quo nos exigit
ratio adhuc habere sermonem: abel quidem extincto.
cain autem propter necem illius effugato. de filiorum procreatione cogi
tabat: et uehementer eum generationis amor habebat. agen
tem annos triginta et ducentos super quos alteros uiuens sep
tingentos: defunctus est. Fuerunt ergo ei et alii filii plurimi: inter
quos etiam seth. De aliis quidem longum est. dicere: conabor
autem de seth dicere tantummodo. Is namque nutritus et perueni
ens ad etatem in qua iam possit ea que sunt bona discernere:
uirtuti studuit. Et cum fuisset uir egregius imitatores sui
filios dereliquit. Illi autem omnes cum boni fuissent orti. in ea
dem terra sine aliqua uexatione uiuentes felicissime commo
rati sunt: nichilque eis usque ad uite terminum crudele prouenit.
Disciplinam uero rerum celestium primitus inuenerunt: et orna
tum earum. Iobal autem consanguineus eorum existens: musicam
uoluit. et psalterium cytharamque laudauit. et ne dilaberentur
ab hominibus que ab eo inuenta uidebantur: aut antequam
uenirent ad cognitionem deperirent: cum predixisset adam
exterminationem rerum omnium. unam ignis uirtute. alteram
uero aquarum ui ac multitudine fore uenturam: duas facien
tes columnas. aliam quidem ex lapidibus. aliam uero ex lateribus
ambabus que inuenerant conscripserunt: ut et si constructa
lateribus exterminaretur ab imbribus. lapidea permanens. preberet
hominibus scripta cognoscere. simul et quia lateralem aliam
posuissent. Que tamen lapidea: permanet hactenus in terra
syrida. Et isti quidem septem generationibus permanserunt.
deum iudicantes esse dominum omnium: et ad uirtutem semper inspici
entes. Deinde tempore procedente de paternis sollempnitatibus
ad mala progressi sunt: neque legitimos honores ulterius prebentes
deo. neque circa homines iusticie uerba facientes. sed zelum quem
prius habuerunt pro uirtute. in duplam maliciam per ea que ge
rebant postea demonstrabant. Ob hoc itaque contra se: deum

Scilicet qui ad greges plurimum angelorum domini primitus colere uidebantur

scilicet dilectores mundicie contra naturam.

irritauerunt. Nam multi angeli dei. mulieribus coeuntes:
iniuriosos filios genuerunt. Qui omne bonum despicien
tes. propter confidentiam fortitudinis: similia his qui dicti
sunt a grecis gigantes. perpetrasse traduntur. Hoc autem gra
uiter ferens eorum actus. et habens eorum consilia nimis ingrata:
agebat ut ad meliora mentem eorum actusque transferret. Cum
autem uideret non adquiescentes ad talia. sed uehementer
eos libidine detineri: metuensque ne ipsum cum uxore et
filiis. et suis omnibus interficerent: discessit ab ea terra. Deus
itaque noe quidem iusticiam dilexit: condempnauit autem
non solum illorum maliciam: sed omne genus humanum. Quod
cum ei disperdere placuisset: et aliud constituere genus ma

lignitate prouocatum: et minuere hominum uitam. annisque
non quantis primum uixerant. sed ad centum uiginti esse men
suratam: terram aridam conuerterat in maria. et sic uniuersi in
undatione perierunt. Noe uero liberatus est solus: di
cente ei deo ut sibi fabricam ad salutem huiusmodi faceret:
id est archam quattuor cameras habentem: et longitudine
cubitorum trecentorum quinquaginta uero latitudinem. et triginta
altitudinem. In quam cum matre filiorum et eorum uxoribus introiuit.
Et alia quidem que sibi pro solatio uite necessaria forent posuit:
cunctorumque animalium ad seruandum genus eorum masculos simul et fe
minas pariter introduxit. Aliorum uero animalium: numerum septu
plum. Erat autem archa parietibus atque camera fortis: ut ex nul
la parte flecteretur: nec aque uiolentia uinceretur. Et noe
quidem cum suis: ita saluatus est. Erat autem ipse quidem ab adam
decimus: lamech uero filius. cuius pater fuit matusala. Hic autem
fuit ex enoch: qui fuit iareth. Iareth autem malad. qui de
cain generatus est: qui fuit enos cum sororibus plurimis. Enos uero
sethi filius fuit: qui natus est ex adam. Contigit autem hec
passio sexcentesimo anno natiuitatis noe. mense secundo qui a
macedonibus dios nuncupatur. ab hebreis autem marathasephan
masuané. Sic enim in egypto annum constituerunt. Moyses autem
nisan mensem qui est xanticus. primum in festiuitatibus defini
uit: in quo ex egypto hebreos duxit. Hic autem apud eum
etiam in euncias muneribus diuinis ualde pollebat: in uen
ditionibus autem et emptionibus: et alia gubernatione: prioris
seculi decreta seruauit. Pluuiam uero inchoasse dicit. septima et
uicesima presentis mensis: et usque ad hoc tempus ab adam qui primus
creatus est anni fuerunt .ii. sexcenta quinquaginta sex. Quod tempus
in sacris libris conscriptum multa integritate signatum est. una
cum natiuitatibus insignium uirorum qui tunc fuerunt: simul et terminis.

[Ab adam qui primus creatus est usque ad diluuium fuerunt anni .ii. milia .dc.l. sex.]

Adam siquidem cum esset triginta et ducentorum annorum: seth
filius ei natus est. Qui cum nongentos et .xxx. uixisset
annos: caine suo filio rerum diligentiam tradidit:
quem genuerat anno nonagesimo. Hic uixit annos .xii. et non
gentos. Cainas autem cum uixisset decem et nongentos annis: malaleel
filium dereliquit: annorum .lxx. Iste malaleel cum uixisset .v. et .xc.
et nongentos annos defunctus. iareth filium dereliquit: quem genuit cum
.lx. iam et centum esset annorum. Cui .xx. et .lx. super hec. et nongentos
annos uiuenti. enoch filius successit: natus cum .lx. et duorum
et .c. annorum pater ei extitisset. Qui uiuens trecentos et .lxv. annos:
discessit ad deum. Unde non finis eius inuentus esse conscriptus. Matu
sala autem enoch filius. quinto ei et centesimo natus anno. la
mech filium habuit cum esset annorum .lxxx. et .vii. et centum. cui tradi
dit deus principatum quem ipse tenuerat annis nongentis .lx. et nouem.

Lamech autem cum habuisset principatum annis .dcc. et
.vii. noe filium suum rerum preceptorem ostendit. qui de la
mech natus est: agente annum etatis secundum et [octogesimum] .lxxx. Quique
et nongentis annis rerum extitit presul. Isti uero anni qui collecti sunt
tempus quod plus conscriptum est compleuerunt. Nullus itaque
perscrutetur per se eorum fines: quando cum suis filiis eorumque auis
aut attauis. suam quisque extendebat etatem: sed tantum ortum
eorum generationis intendat. Igitur decernente [uel decedente] et incipiente
pluere aqua cunctis diebus .xl. ferebatur: ita ut usque ad .xv.
cubitos transcenderet terram. Quod propterea actum est: ne plurimos
fuge occasio liberaret. Quiescente autem pluuia. aque uix diebus
.c. et .l. defecere quasi mense septimo: quo extante paulatim in
choauit latens herba parere. Deinde cum archa circa summi
tatem cuiusdam montis in armenia constituta sedisset [uel sedendisset] intelli
gens noe aperuit eam. et respiciens modicum circa eam inspe
meliore constitutus: tunc quidem siluit. Post paucos uero dies aqua
amplius recedente misit coruum. uolens agnoscere siquid etiam
terre fuisset ab aqua derelictum: et ad egrediendum iam tutum esse
uideretur. Qui cuncta reperiens mundantia regressus est ad
noe. Post septem uero dies columba quam miserat ut aliquid
cognosceret de terra lutulenta remeante simul et ramum oliue
portante: cognoscens terram diluuio liberatam. manensque ad
huc septem aliis diebus: et animalia ex archa dimisit: et ip
se cum generatione sua simul egressus est. Sacrificansque deo
cum suis epulabatur. Hunc autem locum armenii egresso
rium uocant. Illic enim arche solute reliquias: nunc usque
prouinciales ostendunt. Huius uero diluuii et arche. memo
riam faciunt omnes: qui hystorias barbaricas conscripserunt.
Quorum unus est berosus chaldeus. Narrans enim de diluuio
taliter est locutus [uel effatus]. Dicitur autem et nauis eius que in armeniam
uenit. circa montem cardyeum adhuc aliqua pars esse: et quosdam
bitumen ex inde tollere. quo maxime homines ad expiationes
utuntur. Meminit autem horum et iheronimus egyptius: qui
antiquitatem fenice noscitur conscripsisse. Sed et manasses da
mascenus in nonagesimo sexto hystoriarum libro: ita de eis dicit.
Est et super numiadan [uel minia] excelsus mons in armenia: qui baris ap
pellatur. In quo multos confugientes sermo est diluuii tempo
re liberatos: et quendam simul in archa deuectum in montis
uenisse summitatem. lignorumque reliquias multo tempore seruatas.
Fuit autem iste: quem etiam moyses iudeorum legis lator scripsit.
Noe uero metuens ne per annos singulos diluuium terre deus in
duceret. quo periret omne animalium [uel humanum] genus: fana incen
dens omnia. supplicabat deo. de cetero prestari pro eorum. ut nullam
ulterius huiusmodi uastationem super eum induceret. sed pumas mal

Hic emittit noe de archa coruum

Lustrare cuncta de terris redit columba.

Egreditur noe de archa

parceret eis qui propter bonitatem fuerant derelicti: et decreuerunt mala euitare. Nam infeliciores scilicet essent illis, et peiori afflictione donati: si non saluarentur ad integrum, sed magis alteri diluuio seruarentur: cum priores quidem terrorem experimentique uidissent, posteri uero perditionem nouissimam sustinerent. Rogabatque ut eius hostias propicius suscipere dignaretur, et nullam iracundiam similem ulterius terra susciperet, ut eius opibus impinguati et ciuitates constituentes uitam de cetero possent habere felicem: et nullo bonorum quod ante ymbrem adepti fuerant fraudarentur, ad longam utique senectutem, et uite longitudinem peruenturi. Noe uero has effundente preces: deus pro iusticia uirum diligens, annuit ut eius uota ad finem usque perduceret, neque defunctos dicens se perdidisse, sed penam pro malicia propria pertulisse: neque ut tales essent homines qui ita perderentur fuisse factos: cum utique castum nosset eis esse principium, neque donasse uitam que corruptione delectaretur. Sed pro que contumeliam inquit mee pietati uirtutique fecerunt: propterea quoque compulerunt me, ut penam hanc eis inferrem. Cessabo namque de cetero post hanc iram eos pro suis iniquitatibus penas exigere: et multo potius te rogante. Et si in aliquo amplius aliquando peccauerint: iam non opus erit ymbrium magnitudo.

Ut ab humana nece omnes abstineant

Neque enim ulterius ita terras rigabit. Moneo tamen ab humana nece omnes abstinere et sint ab homicidio puri. Facientes quippe tale aliquid, puniturus. Utimini uero cunctis animalibus aliis ut uultis [l. ut] et desiderium quisque habuerit. Dominos enim uos omnium feci esse terrenorum, et natatilium, et quecumque uolatilem habent motum et in aere uegetantur: abstinentes a sanguine in quo est anima. Designo autem uobis futuram requiem: arcu meo. Arcus enim dei apud illos yris esse putatur. Et deus quidem hec dicens atque promittens: siluit.

Vixit noe annos dcccc.l.

Noe uero cum uixisset post diluuium trecentos et quinquaginta annos, omne tempus feliciter agens: mortuus est anno uite sue nongentesimo quinquagesimo. Nullus autem ad uitam modernam et annorum breuitatem quibus nunc uiuimus uitam comparans antiquorum putet falsa que de illis sunt dicta: et eo quod nunc uita tanto non ducatur tempore, credat nequaquam illos ad uite illius longitudinem peruenisse. Illi namque cum essent religiosi, et ab ipso deo facti. Cumque eis pabula oportuniora ad maius tempus existerent preparata: tantorum annorum circulis rite uiuebant. Deinde propter uirtutes, et gloriosas utilitates quas iugiter meditabantur: id est astrologiam, et geometricam, deus eis amplius uiuendi spacia condonauit: que nunquam ediscere potuissent nisi .dc. uixerint annos. Per tot enim annorum curricula: magnus annus impletur. Testes enim huius dicti sunt: qui antiquitatem apud grecos et barbaros conscribere maluerunt. Nam et manechon qui descriptionem facit egyptiorum, et berosus qui chaldaica deflorauit et mochus, et ethius, ad hec et ieronimus egyptius, qui phenicam disposuerunt: concordant cum eis dictis. Ysiodus quoque et agazensis, et hellanecus, et acusilaus et inter hos ephoros, et nicholaus in hystoriis suis, memoriam faciunt antiquorum: annos mille uiuentium. De his itaque sicut singulis gratum est: ista considerent. Filii autem noe tres erant sem, cham, et iafeth: qui ante centum annos diluuii fuerant generati. Hi primum de montibus ad campestria descenderunt: ut illic haberent habitaculum. Et alios quidem ualde metuentes propter diluuium ad campos descendere, et segniter habentes ab excelsis locis ad inferiora uenire: coegerunt quippe ut eorum fiducie imitatores existerent. Et campus quidem in quo prius habitauerunt: sennaar appellatur. Deo autem iubente eos ad incrementum hominum peruenire dispersi sunt: ne inter se dissensiones efficerent, sed ut multa colentes spacia terrarum habundantia fructuum potirentur. Qui cum essent ineruditi et deo inobedientes existerent in calamitatibus incidentes: sua grauiter peccata senserunt. Et quia iuuentutis multitudine feruebant: rursus eos deus a semetipsis migrare fecit: quoniam non illius propiciatione putabant se habere bona: sed propria fortitudine causam sibi credebant esse diuitiarum. Unde apposuerunt ut uoluntati dei inobedientes existerent, putantes quod per inuidiam eius ab alterutris migrarentur, ut diuisi possent deo facilius subiugari. Fecit autem eos esse elatos ad iniuriam dei atque contemptum nemroth filius cham: filii noe. Qui cum esset audacior et manu fortissimus, suadebat eis ut non deo ascriberent quia hominibus per illum felicitas eueniret: sed quod hoc eis propria uirtute preberetur. Et cognatos generis sui ad causam tyrannidis adduxit: solus ipse presumens homines a dei timore reuocare, et spem suam in propria uirtute reponere. Ulciscique se [l. timentes deum] dementes in deum putabant, interminantem ferre diluuium iterum. Ob quam causam, turrem edificandam altiorem suadebant: ubi aqua non posset ascendere. Multitudo autem prona erat ut nemroth preceptionibus obediret: graue putantes seruicium obsequi deo: et turrem edificabant: in nullo sua studia deserentes. Sumebat ergo altitudo facilitatem: et plusquam sperare quis possit multis manibus utique fabricata crescebat. Latitudo tamen erat ita fortissima: ut propter eam respicientibus longitudo uideretur inminus. Edificabatur autem ex latere cocto, colligato bitumine: ne forte penetraretur ac solueretur aquis. Sic illos insanientes deus intendens exterminare omnes

pariter non decreuit: quin nec aliis dudum perditas formidabant. Sed discordiam illis inmisit diuersarum linguarum: ut per multas absonasque uoces intellectu carere potuissent. Locus autem in quo turrem edificauerunt nunc babylon uocatur [confusio]: dicta propter confusionem quam circa elocutionem suam tunc habuerunt. Hebrei namque confusionem babel appellant. De hac uero turre diuersisque uocibus hominum: hoc meminit & sybilla dicens. Cum omnes homines unius uocis existerent. quidam turrem edificauerunt excelsam: tanquam per eam ascensuri in celum. Dii uero uentos inmittentes euerterunt turrem: & uocem propriam unicuique partiti sunt: & propterea babiloniam uocari contigit ciuitatem. De campo uero qui uocatur sennaar in regione babilonis: meminit herciius ita dicens. Qui uero de sacerdotibus sunt erepti: iouis sacra sumentes. in sennaar babilonis uenerunt. Diuisi sunt itaque post hec diuersitate linguarum migrationes agentes ubique & terram apprehendentes quique felicem: & ad quam eos deus adduceret: ut ita omnis terra per eos compleretur mediterranea simul atque maritima. Quidam autem etiam nauibus transeuntes insulas habitarunt. Unde alique gentes. ab institutoribus positas appellationes hactenus seruant. quidam uero placita sibi nomina mutauerunt. Alii autem ut inhabitatoribus clarius esse uisum est: confusionem nominum fecerunt. Greci sunt tamen rei huius auctores: qui posteris temporibus confortati. etiam antiquorum gloriam propriam effecerunt: & gentes nominibus exornauerunt ut eis sapiens esse uidebatur: ornatum utique ponentes eorum rei publice uelut a se constitute. Fuerunt autem filiis noe filii: quorum nomina propter honorem gentibus imposuerunt homines qui quamcumque terram apprehendere potuerunt. Iafeth autem noe filius. habuit filios septem. Habitauerunt isti regionem. a tauro & aman montibus incipientem: & pertingentem in asia usque ad flumen thanaim. In europa uero terra gazimorum cum nullus eorum qui superdicti sunt ibidem habitator extiterit: gentes eius diuersis se nominibus appellant: qui nunc a grecis galathe nuncupantur. Olim uero dicti sunt gomarice: quos gomer instituit. Magog uero: magogas a se nominatas instituit. Isti a grecis. scithe sunt appellati. Item filiorum iafeth. madeus. & ianus fuerunt. Et ex madeo quidem sunt gentes: que a grecis medi uocantur. a iono uero omnes ionii belladicique descendunt. Condidit autem iobal iobelos qui nostris temporibus yberes. Moga uero primum dicebatur que postea capadocia. nunc autem cesarea. est. capadocie a romanis hoc sortita uocabulum id est. a cesare: greciique appellantur. Moschum uero a moschum appellati sunt. qui nunc capadoces nominantur: quorum

[margin: Qui iberi a quibusdam pera celeberri nuncupati sunt.]

[margin: Qui a grecis usque in mare ionium appellantur.]

antique appellationis signum ostenditur. Nam ciuitas est. apud eos que hactenus moscha dicitur: ostendens intelligere ualentibus ab eo quod aliquando omnes gentes regionis ipsius uocate sunt. Phyras autem tyrenses appellauit suos quorum princeps fuit: quibus tiranum nomen commutauerunt. Tante siquidem gentes: per iafeth filios institute sunt. Gomer autem habente tres filios: astenegas quidem astenegos instituit. qui nunc regini uocantur a grecis. Rifath autem rifeos. qui dicuntur paflagones. Thygran uero tygraneos: qui friges a grecis sunt nuncupati. Iano autem iafeth filio. & ipso tres habente filios: helysas quidem helyseos uocauit eos. quorum princeps fuit. qui nunc sunt eolii. Tharsis uero: tharsos. Sic enim antiquitus: cilicia uocabatur. Tharsus enim apud eos maxima ciuitatum metropolis appellatur: tau littera pro theta mutata. Cythim autem. cythimam insulam habuit que nunc dicitur cyprus: & ab eo omnes insule & maritima loca cythim hebraice nominantur. Testis est. enim sermonis mei. una in cypro ciuitatum: que antiquam appellationem ualuit retinere. Cythis enim ab his qui ei grecum nomen imposuerunt uocatur: neque sic fugiens cythi nomen. Iafeth itaque filii seu nepotes has habuere gentes: qui forsitan ignorantur a grecis. Hoc ergo predicens. ad narrationem reuertar eorum: unde digressus sum. Nomina siquidem propter scripture decorem greci ad delectationem legentium mutauerunt: neque enim prouincie nostre. est. huiusmodi formis uti. Sed licet unum quidem scema. & finis nominum sit unus: ultimas tamen nominum sillabas aliter illi declinant. Noe namque nochus apud eos appellatur: & abram abramus. et sic hec forma in omni scemate custoditur. Filii uero cham. a prouincia syria & aman & libano montibus. cunctas terras optinuerunt: quecumque in mare sunt posite apprehendentes etiam eas que usque ad oceanum sunt. & proprias facientes appellationes. Tamen aliorum quidem omnino perierunt: aliorum uero in alias transmutate. & transformate: nimis ignote sunt. Quatuor enim filiis existentibus cham: chuso quidem nichil nocuit tempus. Nam ethiopes quorum princeps fuit: hactenus & a semet ipsis & ab omnibus asianis chusei uocantur. Seruata uero. est. etiam merseis: secundum appellationem prisca memoria. Egyptum namque mersin: & merseos omnes uocamus egyptios. Instituit autem meth fut libiam: futosas euocans prouinciales. Est autem & fluuius in mauritania prouincia: qui isto nomine nuncupatur. Unde & plurimos grecorum hystoriographorum. inuenimus huius fluminis memoriam facientes: & ex adiacenti prouincia que fut uocatur ei nomen impositum. Mutatum. est. ei nomen quod ei nunc. est. ab uno filiorum

meſſaim: qui libiuſ dictuſ .ē. Poſt paululum dicem9 cauſā:
ꝑ qua eam contigerit affricam nominari. Chananeuſ ū
quartuſ exiſtenſ filiuſ cham. que nunc iudea uocatur in
habitanſ regionem: a ſe chananeam uocauit. Fuerunt au
tem filii ex iſtiſ. chuſo quidem ſabaſ ex quo ſabei: euilaſ au
tem ex quo euilei: qui nunc getuli uocantur. Sabath ū
ex quo ſabathei qui nominantur a grecis aſtabarri. Condi
dit etiam ſaba: ſabaſtenoſ. Ram uero rameoſ inſtituit. &
duoſ filioſ habuit quoꝝ iudaſ quidem egyptiacam gentē
heſpioꝝ inhabitanſ. iudeiſ qdem cognomen ſuū reliquit.
Sabath ſabatheoſ conſtituit. Hembroth filiuſ chuſi ꝑma
nenſ apud babyloniοſ. tyrannidem exercuit: ſicͭ ante etiā
primituſ declaratum .ē. Porro meſtroch cum eēnt octo filii
omnē tr̄am a gaza egyptum uſq; tenuerunt. Soluſ autē
phyliſtim cognomen ꝓuincia cuſtodiuit: cuiuſ partem
greci paleſtinam appellant. Ex aliiſ autem id eſt nomeo
& anamia. & labin. ſoluſ labin a ſe ꝓuinciam libian no
minauit. Hedin autē & phetroſim. & cyſlim. & ceptoſim:
ultra nomina nichil ſcimuſ. Bello enim ethiopico. de quo
poſtea declarabimuſ: eoꝝ ciuitateſ euerſe ſunt. Fuerunt
autē & chanan filii ſiden: qui & ciuitatē ſui nominiſ edi
ficauit in phenice. Sydon autē a grecis appellata .ē. Amath
autē amatheoſ inſtituit que etiam nc̄. ē: & a ꝓuincialibꝫ
amathi uocatᵃ. Macedon autē: aradum inſulam habuit.
Aruceuſ autē: arcum que in libano poſita .ē. De aliiſ uero
ſeptē id .ē. eugeo. chiteo. gebuſeo. amorreo. gergeſeo. eueo.
ſyneo. ſamorreo: pt̄ nomina in ſacriſ libriſ poſita nichil
habuim9. Hebrei namq; eoꝝ deſtruxere ciuitateſ. hui9 modi
cauſa calamitatibꝫ apprehenſaſ. Noe itaq; poſt inundatio
nem. tr̄a ad ꝓpriam reuertente naturam. uenit ad opa. Et
dum in ea uineam plantaſſet uidenſ fructum in ea ꝑfec
tum uindemiauit. Et deducto ad uſum uino: ſacrificanſ
erat in epuliſ. Debriatuſ autē in ſopore reſolutuſ: nudat9
q; inhoneſte iacebat. Quem cum uidiſſet iunior filioꝝ:
fr̄ibꝫ irridendo oſtendit. Illi uero: operuerunt patrē. Qd dū
noe ſenſiſſet: aliiſ qdem filiiſ felicitatem optauit: cham
uero non quidem maledixit ꝓpter cognationē ſui. ſꝫ ei9 ꝓli.
Et aliiſ effugientibꝫ maledictum: dſ qdem chananei filioſ
emigrauit. Et de hiſ qdem dicemuſ: in reliquiſ. Sem uero
tr̄tio noe filio quinq; fuerunt nati qui uſq; ad oceanum ſe
orſum habitant aſiam: ab eufrate facienteſ initiū. Helā
ſiqdem: elamitaſ qui ꝑſarum ſt̄ ꝑncipeſ dereliqͭt. Aſſur
autē. ninum inſtituit ciuitatē: qui nc̄ chaldei uocantur:
Arfaxath autē arfaxatheoſ nominauit: cū ꝑnceps eoꝝ Bat abrahā.

eēt. Aram ū arameoſ inſtituit: qſ greci syroſ appellant.
Quoſ autē nc̄ lydoſ uocant: loth tc̄ ludaſ nominauit. Arā
ū filiiſ quatuor exiſtentibꝫ eiſ qdē inſtituit trachonitidem
& damaſcū. que .ē. media paleſtine. ſyrieq; coniuncta. Ar
meniam ū: otruſ. Gether: bactrianoſ. Meſ autē meſane
oſ: que nc̄ arax uocatᵃ ab omnibꝫ. Arfaxath autē fili9 fuit
ſala. de quo natuſ .ē. heber: a quo iudeoſ hebreoſ initiū
uocauerͭt. Heber autē: iectan genuit & phalech. Dictuſ eſt
autē. phalech qm̄ ſcd̄m diuiſionē habitationū natuſ .ē.
Pharech autē diuiſionē hebrei uocant. Iecta fuit filiuſ
heber: & habuit filioſ helmodath. ſaleth. aſormot iare.
aduſam ugal de hela. ſebal abimahel. ſapha. & ophyr. & ebi
la. & iobal. Iſti a flumine cophino indie. & poſita quedam
ſyrie loca: circa inhabitant. Hec itaq; de filiiſ ſem: dicta
ſufficiant. Faciam uero de hebreiſ ꝙ; ſermonē. Phalech eni
filio heber: fuit filiuſ ſeraus. Huic autē ſerao nachor fili9
generatuſ .ē: cui9 filiuſ thareſ qui fuit patᵣ abraham. Hunc
autē dicim9. decimū eē a noe. Scd̄o ū anno & nonageſimo ſup
ducentoſ poſt diluuiū natuſ .ē. thareſ: & ſeptuageſimo an
no genuit abraham. Nachor autē cū eēt uiginti & centum
annoꝝ: genuit tharim. De ſaruch autē nachor naſcitur:
circa annoſ ſcd̄m tr̄ceſimū & centeſimū. Reu ū ſeruch habu
it: cū eēt annoꝝ centū tr̄ginta. Hiſdem ū anniſ: habuit
phalech reu. Heber autē quarto & centeſimo & tr̄ceſimo anno
genuit phalech: natuſ ipſe de ſala .xxx. annū habente atq;
centeſimū. Que genuit arfaxath qnto & tr̄ceſimo anno atq;
centeſimo natuſ. Sem autē fili9 arfaxath nat9 .ē. poſt annoſ
.xii. facti diluuii. Abraham autē ~~dſ~~ habuit fr̄ſ: nachor
& aram. Quoꝝ aram qdem derelicto filio loch. & ſara. & mel
cha filiabꝫ. int̄ chaldeoſ mortuuſ .ē. in ciuitate chaldeoꝝ q̄
dicitᵃ ur: & hactenuſ ſepulc̄ra ei9 oſtenditᵃ. Duxerunt autē
uxoreſ filiaſ fr̄iſ ſui: melcham quidem nachor. ſaram ū
abraham. Porro thariſ dum odio habuiſſet chaldeoꝝ tr̄ā
ꝓpt̄ luctum aran. migrauerͭt om̄ſ in charran meſopotamie
ciuitatē: ubi etiam tharem morientē ſepeliunt cū uixiſſet
annoſ ducentoſ qnq;. Recidebatᵃ enim iam uita hominū.
fiebatq; paulatim breuior uſq; ad generationē moſeoſ. ꝑq
tr̄minuſ uite centū & uiginti poſituſ .ē. annoꝝ. Hoſ annoſ
ſtatuente deo: quantoſ & moyſen ꝙ; uixiſſe ꝓuenit. Na
chor ḡ de melcha orti octo fuerunt filii. uxii. bautc. camuel.
zachama. zauſ. zadafauſ. zadafuſ. batuel. Iſti ḡ nachor fi
lii fuerunt legitimi. Tabeuſ eni. & gadan. & thaſ & mau
baſ: de concubina ei nati ſunt. Bathuel autē filio nachor.
nata .ē. rebecca filia. & filiuſ laban. Abraham ū loch filiū

fratris sui aran. uxoris uero suę sarę germanum adoptauit filium legitimum non habens. Dimisitque chaldeam. cum septuaginta et quinque esset annorum. deo iubente ut migraret in chananeam. In qua etiam habitauit eamque posteris suę reliquit. prudens existens et nimis intelligens in omnibus rebus. et sapiens in his quę audierat. et de quibus libet aliquid cogitaret. Propterea et uirtute sapientię maior aliis fuit. et opinionem quam de deo tunc cuncti habebant. innouare et immutare preualuit. Primus itaque presumpsit pronuntiare. deum creatorem unum esse cunctorum. Reliqua uero licet ad felicitatem tendentia. per preceptum iubentis singula queque dari. et non propria subsistere uirtute confessus est. Hoc uero coniciebat per terre confusionem et maris. et ea quę contingunt circa solem et lunam. et ex omnibus quę circa cęlum semper eueniunt. Uirtute enim eis presente et prudentia ordinationis. eorum cuncta disponi docebat. Quibus quęcumque pararent manifesti fierent. quia neque ea quę ad utilitatem nobis necessaria sunt sua potestate potuerunt possidere. quę scilicet secundum iuuentutis fortitudinem ministrant. cui bonum est. solum in honore et gratiarum actionem tribuere. Propter quę chaldeis et aliis mesopotamitis in eum consurgentibus migrationem eligens. sicque per uoluntatem et adiutorium dei. terram chananeam late possedit. Ubi collocatus altare edificauit. et hostias immolauit deo. Meminit autem patris nostri abraham berosus. non quidem nominans eum. sed ita dicens. Post diluuium decima generatione. apud chaldeos fuit quidam uir iustus et magnus. in celestibus rebus expertus. Echateus autem etiam memoria plus aliquid fecit. Librum enim de eo conficiens. dereliquit. Nicholaus uero damascenus quarto hystoriarum. sic ait. Abrahamus regnauit in damasco. ueniens aduena cum exercitu de terra. quę super babylonem dicitur chaldeorum. Igitur post non multum tempus exurgens etiam de hac regione cum populo suo. terram que tunc chananea nunc uero iudea dicitur habitauit. et hi qui de illo multiplicati sunt progeniti. de quibus in alio libro quę dicenda sunt explanabo.

Abrahā primus dixit unum deum creatorem omnium.

Abraham uero usque nunc in damascena ciuitate nomen habetur in gloria. et uicus ostenditur. qui ab eo habitatio dicitur abraham. Fame uero posteris temporibus apprehendente chananeam. abraham egyptios uiuere feliciter audiens. ad eos proficisci tendebat. ut eorum habundantia participaretur. et sacerdotum simul auditor esset et cognosceret quę de diis exponerent. et aut meliores inueniens sequeretur. aut eos sua prudentia in ornatum meliorem transponeret. deducens pariter saram. Metuens autem uesaniam egyptiorum circa mulieres. ne rex eum propter speciem mulieris trucidaret. hanc exquisiuit artem ut se fratrem eius assimularet. Sed et illam hoc respondere docens. eo quod sibi prodesse confideret. Qui cum uenisset egyptum. pertulit abraham quod ipse preuiderat. Tunc enim pulchritudo uxoris eius innotuit. Unde et pharao rex egypti. non sufficiens de his quę de ipsa dicebantur. etiam ipsam inspicere festinauit. arbitratus se saram posse contingere. Sed deus impediuit desiderium eius iniustum. egritudine scilicet et tumultu causarum. Cumque pro liberatate sacrificarent. per iram dei pestem sacerdotes aduenire significabant. eo quod uxori peregrini iniuriam uoluisset inferre. Ille uero pauescens. interrogauit saram ut diceret. et ipsa quę esset. et ille qui eam adduxerat. Qui cum ueritatem audisset. excusabat se apud abraham dicens putans se sororem eius. et non uxorem et festinasse circa eam cognitionem sibi facere. et non iniurię causa suum desiderium perpetrare. Cui multa quoque munera donauit. et ut esset inter sapientissimos egyptiorum instituit. uirtuteque eius et gloriam ex hoc esse contigit clariorem. Nam cum essent egyptii diuersis moribus complacentes. et ad inuicem leges proprias reprobantes. et a se propter ea dissidentes. sibimet eos comparans et unumquemque despiciens. uerba eorum inania nichilque habentia demonstrabat.

Id est diligenter inquirens.

Erat ergo in admiratione cunctorum tanquam uir sapiens. atque paratus non solum ad intelligendum sed etiam ad satis faciendum. et ad loquendum quodcumque docere niteretur. Arithmeticam eis quoque contulit. et quę de astrologia sunt ipse tradidit. Nam ante aduentum abrahe in egyptum. hęc egipti ignorabant. A chaldeis enim hęc plantata noscuntur in egypto. unde etiam peruenisse noscuntur in grecos.

Abrahā egyptiis arithmetice disciplinam tradidit.

Et cum uenisset in chananeam. partitus est terram cum loth. dum pastores eorum propter loca pasturę. inter se iurgia facerent. Electionem tamen atque conditionem concessit loth. Sumens itaque ipse partem ab eo relictam. habitauit in ciuitate hebron. quę est antiquior annis septem ciuitate egyptia protanide. Loth autem terram quę est posita in campo. circa iordanem fluuium habitauit. non longe a ciuitate sodomorum. quę tunc iam erat bona. nunc autem probatur exterminata uoluntate dei. Quam causam loco proprio designabo. Illo namque tempore assyriis asyam optinentibus. reges sodomitarum ualde florebant diuitiis. et iuuentute multa. Quinque erant reges quisque eorum prouinciam gubernantes. ballas. baleas. sinnabaris. simoborus. et ballinorum rex. Singuli namque eorum habebant proprium principatum. Aduersum quos congressi assyrii. et quatuor partes sui exercitus facientes. obsidebant eos. Dux autem erat unusquisque ordinatus. Commisso

autem prelio: uincentes assyrii. tributum imposuerunt regibus
sodomorum. Duodecim siquidem annis isti seruientes. tributum
sibimet impositum soluere passi sunt: xiii^mo. autem abstinuerunt.
Qua propter exercitus assyriorum super eos aduenit: ducentibus
simul exercitum rabsido. ariocho. chodolamo. rochodallo.
Isti namque et uniuersam diripuerunt asiam: et gigantum sobolem
subuerterunt. Qui cum uenissent sodomis: castra posuerunt
in uallem que dicitur putei bituminis. In illo namque tempore:
putei erant in eo loco. Nunc autem exterminata ciuitate so-
domorum. uallis illa palus effecta est. que dicitur aspaltidis. id
est. bituminalis. De hac itaque palude: rursus non post multa
dicemus. Sodomitis autem cum assyriis congressis. et prelio
forte commisso: multi quidem eorum mortui: reliqui uero captiui
sunt ducti. Cum quibus et loth ducebatur: qui uenerat ad
auxilium sodomorum. Abraham autem cum audisset cala-
mitatem eius: timor simul de loth cognato eius. et misericordia in eum
ingressa est: propter sodomitas amicos et uicinos. Et cum festi-
naret eis ferre solatium: non tardabat sed accessit. et quinta
nocte irruens super assyrios circa dan. sic enim alter iordanis fons
appellatur: et inueniens eos antequam armarentur: alios quidem
in lectulis constitutos occidit. qui neque suspitionem cladis ha-
berent: alii uero non dum conuersi in soporem: tamen pre ebrieta-
tem pugnare non ualentes. effugerunt. Abraham autem
persequens eos. expulit usque ad terram damascenorum: ostendens
uictoriam non in multitudine nec in plurimis manibus esse confi-
dentiam pugnatorum: et fortitudinem preuidere contra totius
numeri quantitatem. Cum trecentis namque .x. et viii. et tribus
amicis tantum exercitum superauit. Quicumque autem hostium
manus effugerunt: inglorii sunt reuersi. Abraham autem
captiuos eripiens. sodomitarum qui capti fuerant ab assyriis:
cum pace reuersus est. Occurrit autem ei rex sodomorum ad locum
quendam qui uocatur uallis regia: in uia solime ciuitatis.
Suscepitque eum rex melchisedech: quod significat rex iustus.
Erat utique et sine dubio talis: ita ut propter hanc causam etiam
sacerdos dei esset. Solimorum tamen ciuitatem postea therosoli-
mam uocauerunt. Ministrauit autem iste melchisedech
abraham exercitui xenia: et multam habundantiam rerum
oportunarum simul exhibuit. et super epulas conlaudare cepit
et benedicere deum: qui ei subdiderat inimicos. Abraham
uero ei dante decimas spoliorum: munus accepit. Rex autem
sodomorum predam quidem abraham poscebat: homines uero
qui eius essent recipere precabatur. quos ab assyriis eripue-
rat. Abraham uero ait non hoc solum se facere. nec aliam
utilitatem ex illa habiturum preda: nisi quecumque pro cibo

seruorum eius uidebantur impensa. Partem uero quandam amicis
suis fore prebendam qui cum eo pugnassent: quorum primus eschol uo-
cabatur: et ner alius et mambre. Laudans autem deus uirtutem eius:
ait. Non perdes mercedes tuas. Dignum est. enim: pro talibus actibus ha-
bere te gratiam. Et que putas fuit retributio mercedis: cum non dum
esset qui ei succederet: Erat enim adhuc sine filio. Deus et fi-
lium ei generandum esse promisit. et multam ex illo sobolem
et proximam stellarum numero profuturam. Et ille quidem hec
audiens deo sacrificium obtulit. ab eo iussus hoc facere. Erat
autem huiusmodi sacrificium. Vitula triennis. et capra triennis:
et aries similiter triennis. et turtur et columba. et columba:
que diuidi iusserat. Auium uero: nichil diuisum est. Et ante-
quam constitueretur ara. alitibus super uolantibus pro concupiscentia
sanguinis. uox affuit diuina: significans malignos populi eius
uicinos fore annis quadringentis in egypto. in quibus afflicti
superassent inimicos et uincentes bello chananeos. habituri es-
sent eorum terras et ciuitates. Abraham autem habitabat quidem
circa ilicem luzan: que uocatur ogigi. Est autem regio chanane-
orum non longe ab hebron ciuitate. Et cum grauiter haberet
super non pariente muliere: deprecatus est. dominum. ut ei sobolem
masculi filii condonaret. Deo autem iubente uti confideret
pro aliis omnibus bonis in quibus a mesopotamia eductus fuerat:
sed et filius ei futurus. Tunc sara precipiente domino unam
ancillarum cui nomen erat agar: egyptiam genere. collocauit
ei tanquam ex ea filios habitura. Et dum concepisset an-
cilla: iniuriam sare facere presumpsit. quasi rex foret filius
qui ex ea fuerat procreatus. Hanc dum abraham puniendam
dicta sare tradidisset: fugam meditata est. Et afflictio-
nes non sustinens: deprecata est. deum ut eius misereretur.
Occurritque ei per desertum eunti diuinus angelus. iubens eam
ad dominos remeare: et uitam habituram potiorem caste ui-
uentem. Tunc namque eo quod in dominam superba ingrataque fu-
erat: mala talia pertulisse. Que si inobediens esset deo. et lon-
gius abscederet: eam perire dicebat. Si uero reuerteretur:
fieret mater pueri in illa terra postea regnaturi. His obediens
illa: ueniam reuersa a dominis impetrauit. Et post non mul-
tum peperit ismahel: ac si quis deo diceret nobilitatem. eo quod
exaudierit dominus preces eius. Abraham itaque cum esset annorum
Natus ismahel. vi. et octoginta: natus est. ei quem prediximus. In nonagesi-
mo nono anno eodem constituto: apparuit ei deus promit-
tens quia filius ei de sara nasceretur: iussitque eum uoca-
Repromissio ysaac. ri ysaac: significans gentes multas ex eo futuras. et reges:
et quia pugnantes omnem chananeam a sydone usque ad egip-
tum inimicos optinerent. Precepit autem ut genus quod ei

naſceretur aliiſ non miſceretur: et ſua genitalia circumcidere: et hoc faciendum octaua die poſt partum. Cauſam uero circumciſionis noſtre: in aliiſ indicabo. Conſulenti autem abrahe de iſmahele. utrum multo uiueret tempore: longeuum ſignificauit deus. et patrem gentium fore multarum. Et abraham quidem in hiiſ gratias agens deo. repente circumciſus eſt et omnes qui ei erant et puer pariter iſmahel. qui die illa tredecim erat annorum: ipſe uero nouem et nonaginta habebat. Eodem ſcilicet tempore ſodomite diuiciiſ et habundantia pecuniarum elati. hominibus contumeliam faciebant: et erant impii circa deum: ut nequaquam recordarentur beneficiorum eius. Auerſi ſunt autem a ſuſceptione peregrinorum: et circa eos affectum habere deſtiterunt. Exaſperatus igitur in hiis deus. diſpoſuit eorum punire ſuperbiam et ciuitates eorum ſubuertere: regionemque cunctam ſimul exterminare: ita ut neque plantatio neque fructus alter ex ea conſurgeret. Cum hec deus de ſodomis decreuiſſet explere: abraham reſpiciens tres angelos dum ſederet ad ylicem mambre. circa ianuam domus ſue putaretque eſſe peregrinos: conſurgens amplexatus eſt: et ibidem eos retinens. rogabat quatinus xenia eis impertirentur. Quibus annuentibus: panes repente de ſimila precepit fieri. Et occidens uitulum et aſſans: obtulit eis ſub quercu iacentibus. At illi et glam prebuerunt: et cum adhuc comederent. de muliere requirebant ubi eſſet ſara. Quo dicente intus eſſe eam. uenturos ſe in futurum eſſe dixerunt. et inuenturos eam iam matrem exiſtere: dum nonaginta eſſet annorum. uir autem eius centum. Tunc illi iam non ſe celare continuerunt: ſed pronunciauerunt ſemet ipſos angelos eſſe dei: et quia miſſi ſunt ut unus ſignificaret de filio: duo uero ſodomitas euerterent. Hec audiens abraham. doluit ſuper ſodomitas. Exurgensque dominum deprecatus eſt: rogans ne iuſtos et bonos perderet cum malignis. Deo uero dicente. nullum eſſe ſodomitarum bonum. nam ſi inter eos eſſent decem: omnibus remitteret peccati ſupplicium: abraham quidem ceſſauit: angeli uero ciuitatem ſodomam peruenerunt. Quos ipſe loth pro ſuſceptione rogabat: cum eſſet ualde circa peregrinos humanus et abraham benignitatis diſcipulus. Sodomite uero reſpicientes iuuenculos. nimio uultus decore precipuos: et apud loth eos ſucceſſiſſe cognoſcentes: ad uim et iniuriam eorum pulchritudinis ſunt conuerſi. Loth autem monente ut caſti eſſent et ad peregrinorum confuſionem nequaquam accederent. ſed reuerentiam in eorum ſucceſſione haberent: quod ſi ita intemperantes eſſent filias ſuas pro illis concupiſcentie eorum ſe diceret prebiturum: neque ſic quieuerunt. Deus autem eorum preſumptionibus indignatus:

Uidebantur talia carnalibus quod tamen non erat.

alios quidem excecauit ita ut non poſſent ad ingreſſum domus accedere. et ſodomitarum omnem populum peſtifera morte dampnauit. Loth autem deo dicente ei futuram ſodomitarum perditionem. ereptus eſt. cum coniuge. filias duas aſſumens que adhuc uirgines erant. Sponſi autem egredi contempſerunt. conſuetudinem hanc uerborum loth eſſe dicentes. Deus igitur immiſit gladium in ciuitatem: eamque cum habitatoribus concremauit. Uxor autem loth diſcedens. cum reſpiceret ſepius ciuitatem. et eius curam haberet. interdicente deo ne faceret: in ſtatuam ſalis conuerſa dinoſcitur. Uidi ſiquidem eam: hactenus enim manet. Fugit autem ille cum filiabus. in paruo quodam agro. ſe continens ab igne liberato: qui locus ſegor hactenus appellatur. Sic enim hebrei modicum uocant. Ille autem deſolatione hominum et inopia ciborum afflictus: manebat. Uirgines autem omne genus humanum exterminatum exiſtimantes: cuicumque miſceri uoluerint ſe licere credebant. Hoc uero faciebant: ne deficeret genus humanum. Fuerunt autem filii de ſeniore quidem moab: ac ſi quis dicat ex patre. iunior autem genuit amon: quod nomen ſignificat filius generis. Et inſtituerunt alter quidem moabitas quorum hactenus magna gens eſt: alter uero amanitas. Utraque enim gens eſt: in ualle ſyrie. Et loth quidem huiuſcemodi eſſe contigit de ſodomitis egreſſum. Abraham uero migrauit in gerara paleſtine in loco ſororis ſaram habens. ſimilia prioribus ſimulans pre timore. Metuebat enim abimelech. locorum regem. Qui etiam cum adamaſſet ſaram credens eam ſe poſſe corrumpere: propter concupiſcentiam in egritudinem. dei decidit uoluntate. Medicisque deſperantibus eum ſoporatus ſomno. audiuit ne contumeliam uxori faceret peregrini. Et aliquantulum leuigatus amicis expoſuit quod deus ei hanc egritudinem intulerit pro ultione peregrini: ut eius uxorem ſine iniuria conſeruaret: quia non ut ſororem haberet ille ſed legitimam uxorem. et promiſiſſet ſe ei prebiturum de cetero ſoſpitatem. ſi pro uxore ille ſine timore conſiſteret. Et cum hoc dixiſſet. abraham amicis ſuadentibus euocauit: nichilque eum ulterius de coniuge quaſi aliquid turpe paſſura formidare precepit. deum eius habere curam dicens cuius auxilio ſuam uxorem ſine iniuria permanentem reputaret. Deo autem preſtante conſcientiam. dicebat mulierem neque ab initio ſe appetiſſe. ſi eam eſſe ſciſſet uxorem. ſed tanquam pro ſorore: ſed hoc tantum rogabat ut mitis circa eum eſſet. et deum ſibi propicium faceret: et ſi apud eum manere uellet. omnem ubertatem

ei conferret: uolenti uero diſcedere danda munera rerum omnium: quibus ad eum indigens aduenisset. Hec illo dicente. abraham non de cognatione mulieris mentitum ſe eſſe dicebat. fratris eam filiam eſſe referens. et quod preter hoc figmentum. non fuiſſe tutum aduentum ſuum arbitraretur. nec eſſe ſuam culpam in illius egritudine predicabat. et debere regem habere de ſalute fiduciam paratumque ſe manere apud eum eſſe dicebat. Abimelech itaque et terram ei diſtribuit et pecunias: conſtitueruntque inter ſe ut ſine dolo conuerſarentur: facientes ad quendam puteum fedus quem berſabee uocant: quod fedus putei poterat dici. Sic autem hactenus a prouincialibus nominatur. Poſt non multum uero temporis. natus eſt abraham filius de ſara. ſicut fuerat ei a deo predictum: quem nominauit yſaac. Hoc autem ſignificat riſum. Nam eo quod ſara riſerit. dicente deo quia pareret. nec iam ſperaret pro ſenectute partum. ideo filius ita uocaretur.

Temptatur a deo abraham.

Hec itaque annos tunc agebat nonaginta: abraham uero centum. Natus eſt ergo filius utrique ſine ſpe. quem repente poſt .viii. dies circunciderunt. et ex illo poſt totidem dies mos eſt iudeorum circumciſiones efficere. Arabes autem poſt annos tredecim. eo quod iſmahel qui gentem eorum inſtituit. filius abrahe de concubina. hoc fuerit tempore circunciſus de quo certiſſime omne tempus exponam. Sara natum iſmahel de ancilla primitus diligebat: nichil in eo fauoris imminuens. Quem utique quaſi proprium filium. et quaſi principatus nutriebat heredem. Iſaac autem filio procreato non dignabatur eum nutrire cum iſmahele cum ſenior eſſet: eumque poſſet opprimere patre moriente. Suadebat ergo abrahe: ut eum in aliam regionem. cum matre tranſmitteret. Ille uero in initio quidem. ſuam non appoſuit uoluntatem. ad ea que ſara fieri feſtinabat: crudele nimis arbitratus paruulum filium et mulierem nimis neceſſariis indigentes abicere. Poſtea uero cum deo placuiſſet ad ea que ſara precipiebat conſentiens. matri tradidit iſmahelem qui nondum a ſe poterat gubernari. et aquam in utrem et panem ferentem iuſſit abire: quo itineris neceſſitas imperaret. Dum ergo abeunti neceſſaria defeciſſent: erat in malis cum eſſet aqua difficilis. Et exponens puerum ſub quandam arborem animam protrahentem ne ea preſente deficeret. procul abſceſſit. Ad quam ueniens diuinus angelus dixit ei adeſſe fontem. et monuit ut prouideret. ac infantulum recrearet: dicens grandia ei eſſe conferenda: de pueri

ſoſpitate. Illa uero confidens de promiſſionibus et ſtudens alere puerum: adhibendo curam declinauit erumnas. Cum uero puer ad uirilem perueniſſet etatem. uxor ei coniuncta eſt. egyptia genere: unde etiam ipſa erat antiquitus oriunda: de qua filii iſmaheli nati ſunt .xii. Nabeoth. et darus. abdelius. marſamus. maſmaſus. idumas. maſmiſus. quodamus. themaſus. iechurus. napherus. cadomas. Iſti namque omnem terram ab eufrate ad mare rubrum poſitam uſque tenuerunt: nabatheam prouinciam nominantes. Sunt autem iſti qui gentem arabicam ſecundum tribus ab eis uocant: et propter uirtutem eorum. et propter abrahe dignitatem. Abraham autem ſuum filium yſaac nimium diligebat cum eſſet unigenitus. eique a deo pro munere in ſenectute conceſſus. Prouocabat enim ad fauorem amoremque ſuum post parentes et ipſe puer: eo quod omni tempore uirtuti ſtuderet. et parentum haberet ſollicitudinem. et affectum circa dei religionem. Abraham autem cum felicitatem ſuam filio legitimo relicturus eſſet moriturus: hoc dei uoluntate promeruit. Qui temptare uolens religionem eius: apparuit ei et cuncta que ei preſtitiſſet dinumerans: quomodo hoſtium melior fuiſſet effectus. et yſaac filium habuiſſet: eundem filium ſibi ſacra immolatione precepit offerri. in monte nomine morim eleuatum: ara ibidem collocata. Sic enim apparituram eius religionem: ſi etiam ſaluti filii preponeret quod deo placeret. Abraham autem in nullo iuſtum eſſe decernens non obedire deo. ſed cunctos ei miniſtrare debere. tanquam eius prouidentia uiuant omnes quibus eſt ipſe propitius: celans coniugi dei preceptum. et quam ipſe habuiſſet de cede filii uoluntatem. ſed neque ſeruorum cuiquam hoc palam faciens. ne forte deo parere prohiberetur: ſumens yſaac cum duobus ſeruis. et que erant ad ſacrificium neceſſaria imponens aſino ibat ad montem. Et duobus quidem diebus iter cum eo ſerui fecerunt. Tertia uero die cum iam circa locum montis eſſent. relinquens in campo reliquos qui cum eo erant. cum ſolo filio uenit ad montem: in quo templum rex dauid poſtea collocauit. Portabant autem ſecum cetera que erant ſacrificio neceſſaria: preter uictimam. Iſaac uero cum preſentem felicitatem eius ſtudio percepiſſet et quinque et uiginti eſſet annorum: altare conſtructo interrogabat quid eſſet ſacrificaturus pater: cum uictima deeſſet. Ille autem dicebat deum ad prebendum hoc idoneum: qui etiam ea que non ſunt habundanter hominibus condonare. et ea que ſunt ab his qui in ſemetipſis confi

derent poſſit auferre. Daturum ergo et illi uictimam: ſi propicius
ad ſacrificium ſuum dignaretur accedere. Dum ergo altare
fuiſſet conſtructum. et ligna ſuper impoſita. et omnia prepa
rata: dixit ad filium. O puer quem innumeris uotis optaui
a deo michi conferri: et dum perueniſſes ad uitam nichil eſt. quod
pro alimento tuo non fecerim: neque me feliciorem magis
arbitrabar: niſi cum te uiderem ad uirilem etatem. et
moriens ſucceſſorem mei principatus relinquere congau
debam. Et quia dei uoluntate pater tuus ſum factus: de
nuo ſecundum eius placitum te repono. optans hanc fortiter
portari ſacrificium (vel dicacionem). Deo namque te cedo qui hunc honorem
a nobis dignatur accipere: eo quod beneplacitus michi fuit. et
pro omnia ſuffragator. Natus ergo morere. non communi modo
hanc uitam egrediens: ſed a patre proprio oblatus deo patri
cunctorum oblegitimum ſacrificium. Reor enim quia te dig
num iudicauerit. nec egritudine. nec bello. nec qualibet
alia paſſione que ſolent hominibus accidere ex hac uita libe
rare: ſed cum orationibus et ſacrificiis. tuam animam ſuſcipere.
et apud ſe nichilominus optinere. Eritque ei de cetero cu
ram mei habens ſenectutemque regens qua te gratia maxime
nutriebam: hec michi deo ſcilicet pro te prebituro. Iſaac autem
habens patrem ualde fortiſſimum. ſapientiaque delectatus.
et libentiſſime ſermones eius accipiens: ait quod neque iuſtum
eſſet ut in initio naſceretur. ſi et dei patris iudicium eſſet refuta
turus: aut non ſe monſtraret amborum uoluntatibus preparatum: quando licet ſolo patre hec uolenti facere ſi non obedi
ret eſſet iniuſtum. Hoc dicens acceſſit pariter ad altare et
ad cedem: ſed opus infirmatum. eſt: offerente deo impedimen
tum. Clamauit enim nominatim abraham deus: ſuſpen
dens eum a filii nece. Non enim quaſi ſanguinem huma
num deſideraret. necem filii ei imperaſſe dicebat. neque
cuius patrem eum fecerat. hunc ei auferre cum tanta im
pietate poſcebat: ſed eius mentem probare ſe uelle. ſi etiam
talia facere iuſſus auderet. Cognoſcens uero eius obedien
tiam et excellentiam religionis intendens. delectari quidem
ſe in his que prebuerat ei. nec unquam fraudandum eum
omni cura dicebat. et genus eius honorandum. filiumque eius
futurum longeuum. feliciterque uicturum in omnibus bonis.
prebiturumque ſe magnum eius ſoboli principatum predicabat:
atque genus eorum et multis gentibus et diuiciis eſſe conſtituendum.
et memoriam ſempiternam generis eius principibus affuturam.
Chananeam namque terram armis ſe poſſeſſuros: et exemplum
boni futuros cunctis hominibus. Hec cum dixiſſet deus:
arietem ex inproviſo produxit ad ſacrificium. Illi uero preter

ſpem ſemet ipſos amplexantes: quippe qui bonorum talium
promiſſiones audirent oſculabantur. Altera uero die ſa
crificio celebrato reuerſi ſunt ad ſaram: feliciterque degebant:
cuncta que uellent eis prebente deo. Et ſara quidem non
multo poſt tempore defuncta. eſt. cum uixiſſet annos. cxx
et vii: ſepulta (que) eſt. in hebron permittentibus chananeis. Sepul
chrumque eius publice factum. eſt. abraham emente agrum
ſiclis quadringentis a quodam ephron de bethem: et ſepul
chra ſibi abraham et eius ſoboles ibi conſtituerunt. Poſt
hec autem abraham duxit uxorem nomine cethuram: ex
qua ei filii nati ſunt labore ualidi et ſapientia cauti. zam
bri. et iezar: madan. maziam. ieſuoch. et eſue. Nati ſunt autem
et his filii: et eſue quidem ſabathim fuit. et dadam et opher.
et noch. et abida. et helda. His omnibus filiis filiorumque natis.
abraham ex propriis dona prebuit. qui et trogoditen. apprehen
derunt: et felicem arabiam in quantum ad mare rubrum per
tingit. Dicitur autem quod dum opher caſtra fixiſſet in libi
am. et filiorum eius filii habitaſſent in ea: terram illam ex
illius nomine affricam uocauerunt. Teſtatur autem meo
ſermoni alexander qui dicitur polyiſtor id eſt multarum
hyſtoriarum: ſic dicens. Cledemus autem propheta qui et malchus
ſcribens hyſtoriam iudeorum ſicut etiam moyſes legis lator
eorum retulit: ait quia de cethura abrahe fuerunt filii
multi. Dicit autem eorum nomina tria iaſpheran. ſurim. ia
phran. et de ſuryn quidem aſſyriam nuncupatam: ex
duobus autem reliquis ieſran. et apheran. ciuitatem abran.
prouinciamque affricam nominatam. His enim auxilium
prebuiſſe herculem in libia. et duxiſſe uxorem filiam ia
fran nomine etheam. et genuiſſe ex ea filium dodorim. cuius
fuit filius phoron: ex quo barbari ſorophaci nominantur.
Iſaac autem circa quadraginta annos conſtituto: a patre
abraham uxor ducitur ei rebecca. que fuit fratris eius nachor
neptis. filia batuelis. Seniorem ſiquidem ſeruorum ſuorum miſit
ad ſponſandam eam. magnis fidei ſacramentis obſtrictum:
quod hoc modo faciebant ſub femore manum mittentes. deinde
inuocantes deum teſtimonium futurorum. Miſit autem et mu
nera ibidem commanentibus. que apud illos rariora eſſent:
aut nec omnino in illa regione reperirentur. Quo tempore
multo uadens. eo quod ſit iter agentibus dira meſopotamia.
hieme quidem propter luti profunditatem. eſtate uero propter aque
defectionem: inſuper etiam latronibus ibidem commorantibus:
que diffugere non eſſet facile. niſi prudentia uiatoribus in
hereret: uenit in ciuitatem carrenorum. Cum autem eſſet
in ſuburbanis: uirgines uidit plurimas euntes ad aquam.

Affrica unde dicatur

De tribus nominibus filiorum abrahe qui nati fuerunt de cethura.

Orauitque deum. ut rebecca ob quam desponsandam filio eum miserat abraham. si secundum eius uoluntatem essent nuptie celebrande inter illas inueniretur. & ita quidem cognosceretur: aliis aquam ut poscenti negantibus illa preberet. Et ille quidem hanc uoluntatem habens uenit ad puteum: rogauitque uirgines. ut potum ei preberent. Illis autem auertentibus se. indignantibusque domi aquam portare. & non prebere illi que utique difficile possit hauriri. una ex illis omnibus increpans eas pro peregrino. quasi non esset hominibus ad illas aliquando communio? que neque aquam participarent egeno: sola ei prebuit habundanter. Ille autem in spem rerum omnium ueniens. uolens autem cognoscere ueritatem. laudabat eius nobilitatem atque benignitatem: quia etiam cum suo labore egentibus sufficientiam prebere minime declinasset. Interrogabat autem de quibus parentibus esset. Optauitque illi quod foret gratissimum ut in domum boni uiri ueniret: filios ei paritura germanos. Illa uero neque hec inuidit uolenti cognoscere. sed & genus indicauit. & rebecca inquit ego dicor. pater autem bathuel fuit. sed ille iam quidem defunctus est. laban uero frater est noster qui & domui prospicit simul & matri: & mee uirginitatis sollicitudinem gerit. Ille itaque gaudebat in his que facta fuerant atque dicta: deum ita uidens suo itineri clare prospicere. Et proferens redimicula. & alia pariter ornamenta quibus uirgines decet uti. dedit puelle ut ei causa poculi hec retributio foret & honor: iustum esse dicens ut talia mereretur. que fuerit bona preter uirgines uniuersas. Poscebat autem eos apud succedere. quando ad eam integrius aliter peruenire nequiret: cum iam nox utique super esset. Portabatque ornamenta muliebria ualde preciosissima. estimans nichil sibi esse cautius. quam quibus iam uidebatur expertus: & conicere ex ea & matris & fratris eius clementiam: & quod nichil esset eorum uirtute difficile: neque se eos grauaturum? sed mercedem peregrinationis prebiturum: & propriis expensis usurum esse dicebat. Illa uero de parentum quidem suorum clementia. recte eum asseruit arbitratum: culpauit autem pro mercedis uerbo? cum esset utique omnia sine mercedibus habiturus. sed ut nunciaret prius laban fratri: quo permittente accersiendum esse dicebat. Cum ergo hoc factum fuisset: peregrinus adductus est. Et camelos quidem sumentes laban famuli. eis diligentiam adhibebant: ipse uero cenaturus ingreditur cum eo. Et post cenam: ad eum matremque puelle locutus est. dicens. Abraham qui est tharis filius. uester uero cognatus. nachor enim horum o mulier puerorum auus uester: & abrahe fuit ex eodem patre ut matre.

Abraham moritur

Is igitur misit ad uos petens hanc puellam uxorem filio suo esse iungendam: qui legitimus est ei solus in bonis omnibus enutritus. Cui possibile quidem fuit felicissimam ex inde mulierem copulare: sed noluit. Honorans autem genus nuptias postulat: cuius studium ac uoluntatem nolite contempnere. Dei namque uoluntate talia quidem michi preter prospera contigerunt: & puellam citius & uestram inueni domum. Dum enim essem proximus ciuitati uirgines plurimas uidens ad puteum: oraui ut in istam inciderem. Quod scilicet factum est. Nuptias ergo diuina presentia firmatas. uel dispensatas uos quoque firmate. Illi uero prospera que eis fuerant secunde collata dispositionem diuine uoluntatis intellexerunt: miseruntque sicut petebat uirginem. quam duxit ysaac potitus omnium rerum. Nam qui fuerunt abrahe de cethura nati: ex inde migrauerunt. Post paululum uero temporis mortuus est. etiam abraham: uir omni quidem uirtute summus. & digne adeo pro studio quod circa eum habuerat honoratus. Vixit autem omne tempus suum annis. clxxv: & in ebron cum sara coniuge. a suis filiis ysaac & ismahele sepultus est. Porro post mortem abrahe concepit uxor ysaac: cuius uentre nimis intumescente. hesitans consuluit deum. Respondit geminos parituram fore rebeccam: & in omnibus gentibus esse nominandos. maioris autem primatum esse minuendum. Peperit ergo ei paulatim secundum diuinum eloquium geminos filios: quorum senior ut credimus a capite usque ad pedes erat uehementer hyrsutus (l. pilosus): quem iunior precedentem tenebat a planta. Diligebat autem pater quidem seniorem. qui uocabatur esau: secundum ethimologiam pilorum. Ebrei namque: capillaturam seiron dicunt. Iacob autem iunior carus erat genitrici. Fame superueniente dum ysaac placuisset ut iret in egyptum. ubertiosam ualde prouinciam: pergebat in geraris deo precipiente. Hunc suscepit rex abimelech pro muneribus & amiciciis abraham. Et cum multo circa eum fauore fuisset usus initio: in hoc permanere semper inuidia est. faciente prohibitus. Videns namque deum isaac esse presentem. & tanto eum studio fouentem: expulit eum. Ille uero huiusmodi inuidia temptatus ab abimelech: tunc equidem discessit in agrum qui dicitur pharan id est. conuallis non longe a geraris. Ubi cum foderet puteum. irruentes pastores in litem congressi sunt: prohibentes illud opus impleri. Quo nolente contendere: preualuisse uidebantur. Discedens autem alium fodiebat. Vim uero facientibus aliis quibusdam abimelech pastoribus. etiam hunc relinquens abscessit: expectans bone uoluntatis gratiorem licentiam. Quod dum ei fuisset sponte con-

cessum. ut puteum sine phibitione foderet: roboth puteu
appellauit quod nomen significat spaciosum. Prior u aliu
quidem escon appellauit. qd potest dici litigium: alium uero
suennam qd nomen designat inimicitias. Ysaac itaq: rerum
magnitudine ac fortitudine pollebat. Abimelech aute contra
se crescere putans. ysaac pter hoc quod cum eo degens ex in-
certis inimicitiis egerat: metuens ne prior amicicia nich ei pdes-
set. conuerso ysaac adultionem eor que uidebatur ppessus.
amicitias rursus cum eo firmauit: & unu ad hoc suor ducu
phyloců. nomine destinauit. Et cum omnia que poposcerat
abymelech meruisset ppt ysaac bonitate. qui recenti ira-
cundie priscam gram uise atq: patrem suum habitam pre-
posuerat: tulit eum in pa. Esau uero filius ysaac circa que
maximu habebat pater affectum: cum eet annor quadragin-
ta. duxit uxores agamidam edonis filiam. & libamin eusebo-
nis uiror int chananeos ualde potentium: semetipsum faci-
ens dnm in potestate nuptiar. Denique pat consilium sumens.
quia nec pmisit ysaac se in illius uoluntate iacere. non enim
libenter habebat ad pmnciales suam copulare cognatione.
nolens autem molestus ee filio. ut iuberet eum a mulierib;
abstinere tacere decreuit. Cum senex autem eet. & aspectum
penitus non haberet: euocans esau & senectutem indicans.
quia & pter cecitatem & passionem uisus. impedimentum
ei iam eet deo seruire: iussit eum egredi ad uenandum:
ut dum caperet quodcumq: potuisset ei pparaet ad cenam.
Postquam dno supplicaret. ut auxiliator ei in omni uita &
cooperator existeret. incertumq: ee dicens qndo etiam morere-
tur: & ante hoc ei se prebiturum ut dnm ppicium eius oratio-
nib; habere mereretur. Et esau qdem ad uenationem aggs-
sus e. Rebecca u p fauore iacob. dnm rogabat. & pret ysaac
uoluntatem. eum iussit hedos occidere: cenamq: preparare.
Iacob aute ministrabat matri: ei semp obediens. Cum uero
fuisset pparata cena: hedi pelle brachia conuoluit iacob:
ut pater pter pilos ee crederet esau. Nam eu in omnib; alius
similarent eo quod eent gemini: in hoc tantummodo differe-
bant. Trepidusq: iacob ne antequam fierent orationes. repts
in hac calliditate patrem ut contraria faceret irritaret: p-
ferebat patri cenam. Ysaac uero sentiens uocem iacob: pro eu
nomine uociferabat. Illo aute brachium porrigente cui
pellem circumdederat: contingens eum ysaac ait. Voce
quidem iacob proximus: sedm pili uero pfunditatem. esau
mi ee uideris. Nichil q: suspicans malum: cum cenasset con-
uersus e. ad orationes & dei preces. Dne inquit omniu scor.
& creator uniuerse substantie. tu patri meo magnam forti-
tudinem concessisti bonor. & me dignum reb; psentib; ef-
fecisti. & ex me pcedentib; pmisisti: adiutor & ppicius & dator
semp ee melior. Hec g confirma. & me noli despicere pter
presentem necessitatem. pter quam & precipue ate depos-
co. & hunc filium ppicius serua mi. & ab omni passione sine
malo custodi. dans ei felicem uitam possessionemq: bonor
quorucumq: tibi prebere potestas e. Fac autem eum metu-
endum & quidem inimicis: amicis honorabilem atq: gra-
tissimu. Et ille quidem arbitratus se p esau orationes efficere:
rogabat dnm. Mox enim ut cessauit ysaac: a uenatione affuit
esau. Ysaac aute sentiens quod egerat: quiescebat. Esau u
petebat similia: que fri fuerant collata. Patre uero negante.
eo quod omis in iacob fuissent orationes expense: luctum age-
bat quod eet oratione frustratus. Cuiusq: lacrimis afflictus
pater: eo quod circa uenationem & fortitudine corporis eet
aptus. in armis & in omnib; opib; esau pbabilem fore dice-
bat: eumq: fructu earum rerum & glam sempiternam etiam
genus quod ab eo descenderet habiturum: fri uero ee serui-
turum. Iacob autem metuentem fratre ulcisci se in eo uolen-
tem p eo quod in illo deliquerat. mater eripuit: marito
autem psuasit ut iacob de mesopotamia. cognatam sua
l coniuge
peteret. Non enim erant deuoti chananei circa ysaac. in pri-
orib; eius bellis ualde grauati. cum barimnatim cepisset:
circa quam precipue laborauerat. Iacob autem in mesopo-
tamiam missus a matre pter nuptias filie laban eius germa-
ni. pmittente ysaac nuptias celebrare: eo quod ei fuisset
uxoris consilio psuasum: p chananeam ppetrabat. Et pter
odium pmnicialium apud nullum quidem succedere uo-
luit. s; sub diuo iacebat. caput suum lapidib; subditis sup-
ponens. ibiq: p somnium uidit huiusmoi uisionem. Adsti-
tisse sibi scalam. a terra ptingentem ad celum. & p eam descen-
dentes figuras. honestiorem naturam habentes quam homi-
nes: & ad ultimu sup eam deum manifeste sibimet apparen-
tem: nominatimq: uocante: & huiusmoi uerba facientem.
Iacob cu patris boni sis filius. & aui magne uirtutis: fatigare
te in presentib; non oportet: s; spare meliora. Et enim opu-
lentissima tibi maximor bonor meo solatio erit ubiq: pre-
sentia. Abraham itaq: ex mesopotamia huc ego adduxi. a
cognatis expulsum: & patrem tuu felicem cunctis ostendi.
quor non minorem partem in te quoq: reponam. Confidens
g & hoc itinere pficiscere. me dirigente securus: impetrabis
enim nuptias ad quas ualde festinas: eruntq: tibi filii boni.
quor multitudo numero maior erit. & potentiores filios
derelinquent. Quib; ego huius terre potentiam condona-

bo. eorumque filiis: qui replebunt omnem quam sol respicit terram. simul et maria. Sed neque ullum periculum timeas. nec laborum multitudinem metuas. me providente omnia que tibi conferenda sunt: et inpresentibus et multo magis inposteris. Hec itaque deus iacob predixit. Ille vero letus effectus inhis que uiderat fuerantque promissa clarificauit illos lapides: quippe cum tantorum bonorum. factum ei illic fuisset alloquium uotum fecit immolaturum se super eos. si adquirens uitam impassibilem remearet. Deoque promissum exsoluit denuo remeans. Nam et ipsum agrum honorandum esse decreuit. ibique bethel nomen imposuit: quod diuinas hostias latina lingua significat. Procedens autem ad mesopotamiam: longo tempore peruenit in charram. Pastoresque in suburbanis inueniens. et pueros adolescentulos et uirgines ad quendam puteum aquam hausturos: morabatur cum eis. potum querens et uerba cum eis habens: percunctabaturque ab eis. si nossent quendam laban adhuc super esse. Illi vero omnes se nouisse dixerunt. talemque esse uirum qui ignorari non possit. eiusque filiam una cum eis pascere gregem: quam mirabantur non esse presentem dicentes ei ab ipsa integrius cognoscere poteris. quecumque de illo nosse desideras. Hec itaque illis dicentibus astitit puella cum pastoribus qui una descenderant: eique iacob ostenderunt dicentes. Peregrinus iste uenit de patre tuo consulens. Illa vero leta per infantiam. propter iacob presentiam: requirebat eum qui esset. et ad eos unde uenisset. et qua causa fuisset adductus: orabatque simul. ut esset possibile prestandi ei quibus uenisset egens. Iacob autem non propter cognationis causam neque propter fauorem presentem sed amore puelle uinctus: obstupescebat pulchritudinem eius: talem esse conspiciens. ut pauce mulierum ita florerent et ait. Adte inquit patremque tuum. si tamen filia es laban. familiaritas est antiqua mea tuaque generatione consistens. De tharis enim abraham. et aran. et nachor. filii sunt progressi: bathuel autem tuus auus filius est nachor. De abraham autem et sara que nata est de aran: ysaac meus est pater. Vicinum autem et nouum cognationis pignus: inuicem possidemus. Rebecca autem mater mea laban patris tui soror est: ex eodem patre simul et matre progeniti. Consobrini siquidem sumus ego et tu. Hunc autem inueniens uos amplector: antiquamque nobilitatem renouaturus assisto. Illa vero recordata sicut iuuenibus solet accidere que a patre sepe audisset de rebecca. et parentes sciens eius nomen desiderantes audire: propter paternum fauorem ad lacrimas deducta est. et amplexata iacob. Quem cum osculata fuisset. perducere maxima delectatione optabat ad patrem: omnibusque domesticis memoriam matris eius esse dicebat. Intenditque ei totius boni retributionem eumque ad patrem iam uenire iubebat: et sequi se precedentem. Nec eius delectatione fraudari. amplius illo tardante poterat. Hec dicens. ducebat eum ad laban. Cognitus ab auunculo. et ipse sine formidine inter amicos erat: et ille delectationem maternam conferebat. inopinabiliter eis ostensus. Post non paucos itaque dies. laban gaudere se quidem in eius maxime presentia: et ultra quam possit indicari sermone dicebat: causam uero per qua uenisset. patrem matremque senes derelinquens: et eius presentie solaciis indigentes ab eo querebat: prebiturumque se omnia quibus opus haberet dicebat. Iacob autem omnem ei causam narrabat dicens. ysaac fuisse geminos filios se et esau. Quem dum paternis orationibus matris sapientia fefellisset: illum se interficere uoluisse dicebat. tanquam ablato sibi adeo regno. et bonis que pater obtasset: et hanc fuisse sue presentie causam. materni mandati factum. Omnibus enim nobis inquit fratres sunt: sed mater amplius illius cognationem metuens. ita michi prospexit. quod utique solum munimen mee puericie iudicauit. Unde deum respiciens: in presentibus sum securus. Laban autem propter parentes promisit se ei omnem participare clementiam. et propter matrem: precuius fauore licet absentis studium suum se dicebat circa eum ostendere. gregis scilicet eum curam habiturum et preponendum his exoptabat. uolentemque ad prius remeare parentes. cum talibus donis et honoribus dimittendum: quales talis cognatus iuste promeriturus esset. Iacob autem libenter hec audiens: donec esset quidem apud eos hunc laborem ferre gratissime se respondit: mercedem uero pro tali labore rachel nuptias postulauit: cum etiam propter alium honorem digna haberetur et maxime quod ministra eius fuisset aduentus. Amor namque puelle: eum huiusmodi uerba facere compellebat. Laban autem gauisus in his: annuit ei puelle nuptias: nec alium generum meliorem sibi optasse ueniturum: si tamen aliquantum apud eum maneret tempus. Ad chananeos enim non se missurum filiam: qui etiam de sororis cura penitentiam agere se dicebat. quod eam ibidem direxisset. Cum uero iacob hoc fieri consentiret: septem promisit annos. Tantum enim iudicauit socero ministrandum: uirtutis sue prebens experimentum: ut quis esset magis agnosceretur. Laban uero suscipiens sermonem: transacto tempore proposuit epulas nuptiarum. Nocte uero superueniente: ignorante iacob collocauit ei alteram filiarum rachel sororem et non decoram aspectu. Ille uero per ebrietatem et noctem

ei permixtus: die facto apud laban de iniusticia querebatur. Qui dandam ueniam necessitati poscebat. ob quam causam talia gesserit. Non enim per malignitatem ei liam dedisse: sed alia maiori causa uictum se hoc fecisse dicebat. que tamen impedire non posset. sed amanti daturum se eam post septem alios annos permittebat. Consensit ergo iacob. Nichil scilicet aliud ei amor puelle facere permittebat. Et preteritis aliis septem annis: rachel accepit uxorem. Erant enim ambabus ministre quas dederat pater: zelpha quidem lie: rachel autem bala. non quidem ancille sed subdite. Et lie magna erat sollicitudo de amore uiri quam habebat circa sororem. sperabatque existentibus filiis honorandam. Exorabat itaque continue dominum: natoque masculo filio et propter hoc conuerso ad eam uiro. ruben filium nominauit: eo quod dei misericordia ei fuisset concessus. Hoc enim significat: istud nomen. Habuit autem post tempora etiam alios tres filios: symeon. quod nomen significat exaudibilem. ei fuisse deum. Deinde leui: quasi firmator societatis. Post hec iudas: quod gratiarum significat actionem. Rachel autem metuens. ne propter copiam partus sororis minorem apud uirum partem haberet: collocauit cum iacob suam famulam balam. Ex qua nascitur dan: quod a deo iudicatum latina lingua significat. Et post hunc nepthalim: tanquam ex machinationibus eo quod contra partus sororis copiam arte fuerat usa. Hoc autem et lia fecit: contra opus sororis denuo machinata. Collocauit autem ei et ipsa suam famulam. et natus est de zelpha filius gad: quod quis poterit appellare fortuitum. Et post hunc aser: quod beatificum potest dici: eo quod lie gloriam cumulauit. Cum autem ruben senior filiorum lie matri mandragore mala portaret: rachel aspiciens dari sibi poscebat quod concupierat cibum. Illa uero non consentiente. sed sufficere ei dicente quod eam uiri honore priuasset: rachel mitigans sororis iram concessuram se ei dicebat: ut cum ea uir illa nocte dormiret. Qua hoc percipiente munus: iacob cum lia dormiuit. Rursus ergo nati sunt ei filii: isachar quidem quod significat ex mercede factum: zabulon: quod indicat fauoris pignus ad eam. Nata est autem et filia: dina. Post hec uero tempora natus est et rachel filius ioseph: quod indicat augmentum alicuius faciendum. Hoc ergo omne tempus quod sunt anni uiginti. pascebat soceri greges: post quod rogabat ut sumptis uxoribus ab eo discederet. Socero autem non permittente: latenter hoc facere cogitabat: uxoresque requirebat: quid de profectione tractarent. Illis autem discedere libenter habentibus: rachel simulachra eorum deorum

quos colere patria lex erat pariter furata cum lia sorore fugiebat. et utriusque pueri et puelle cum filiis: et quecumque possessio eis erat. Ducebat autem iacob etiam gregum medietatem: non respiciente laban. Rachel ergo simulachra deorum portabat: licet docuisset eam iacob deorum huiusmodi honorem spernendum: ut si comprehenderetur sequente patre: ueniam illa ad hec confugiens impetraret. Laban autem post primum diem. cognoscens iacob discessum simul et filiarum: multum animo malo persequebatur: maxima uirtute circumdatus: et septima die in quodam colle perueniens eos collocatos inuenit: et tunc quidem quia erat uespera: requieuit. Visio autem ei apparuit. monens quatinus sumens generum atque filias conquiesceret: et nichil in eos per furore presumeret: sed ut pacata faceret cum iacob. Quod si eius contempnens paucitatem aggrederetur cum eo pugnare: ei se auxilium dicebat illa uisio prebituram. Laban autem dum huiuscemodi factum adeo fuisset alloquium: orto die iacob euocans et manifestans ei uisionem. cui credens ad talia declinasset: cepit culpare dicens. quoniam eum et pauperem uenientem ad se. et omnium suscepit indigentem: eique sue possessionis prebuerit ubertatem. Nam et filias meas inquit coniunxi tibi: fauorem tuum circa me per hec augendum esse confidens: tu uero neque matris tue aut communionis quam circa me per cognationem habes. neque uxorum quas duxisti pudorem gerens. neque filiorum quorum sum auus. lege apud me usus es belli: possessionem quidem meam auferens. filiabus autem genitorem suum fugere persuadens et sacra queque paterna diripiens. domi utique portaturus que et a meis parentibus honorata sunt: et a me religione ipsa coluntur. Et hec quidem que nec expugnantes inimicos suos faciunt: tu perpetrasti: cognatus. et sororis quidem mee filius. filiarum uero maritus. peregrinus. et coepulator meus: domui mee nequaquam talia ingerere dubitasti. Cum hec dixisset laban: ita satis faciebat iacob dicens. Ego non solum deum patrie desideraui: sed etiam omnis una cum cognatis: et post tantum tempus dignum est me ad propria remeare. Pro preda uero quam dicis alio iudicante tu potius inueniris [t inueniris] iniustus: cum te deceret gratias nobis soluere. pro his que a me custodita et facta maiora sunt. Quomodo in hoc iusticia non probaris: cum tibi ingratus existis: Cur partem eius paruam sumentes abscessimus: Filie uero tue non mea me malignitate secute sunt. sed iusta deuotione. quam scimus uxoribus legitimis circa uiros posse competere. Sequuntur itaque

non tantum me: quantum filioſ. Et hec quidem ipſe dicebat: ne aliquid gereretur incongruum. Querebatur autem accuſationemque faciebat. quia cum matris eius uideretur eſſe germanus. et filias iunxiſſet. in imperiis eum uulneraſſet aſperrimis. uiginti annis eum detinens. Et alia quidem nuptiarum occaſione feciſſet: que licet fuiſſent crudelia leuiter ſuſtinuiſſet: peiora tamen facta poſt nuptias. que quilibet etiam inimicus effugeret. Reuera enim ualde crudeliter laban uſus eſt iacob. Videns enim ei deum ad quecumque uoluiſſet eſſe preſtabilem. promittebat ut quicquid natum fuiſſet ei preberet interdum quicquid procederet album. aliquando uero queque nigra naſcerentur. Creſcente autem ſub nomine iacob gregum partu. aliquando quidem fidem de preſenti non cuſtodiebat: aliquando autem in alterum annum prebiturum ſe eſſe dicebat. eo quod uidebat multitudinem gregum habundare. cum in futuro tantum fore potius deſperaret. fallebat rurſus in hiis que nata conſpiceret. De ſacris autem furatis. iuſſit inquiſitionem fieri. Cum accepiſſet autem laban perſcrutandi poteſtatem. et rachel hoc audiſſet. poſuit idola in ſtratorio cameli. qui et portabat eam: et ſedens dicebat naturalem ſibimet purgationem imminere. Et laban quidem ceſſauit amplius perſcrutari: non credens filiam cum tali paſſione accedere poſſe ad idola. Fecitque cum iacob fedus. in nullo eorum ſe memoriam que geſta fuerant habiturus: ſed et ille dilecturum ſe filias eius. Et has pollicitationes fecerunt ſuper montes quoſdam: in quibus columpnas ſtatuerunt ſub ſcemate are. Unde collis ipſe dicitur galaad: ex quo hactenus galadithen terram appellant. Et cum factis pactionibus immolaſſent: laban quidem reuerſus eſt. Iacob autem in chananeam procedente ſubinde uiſiones apparebant: de futuro ei ſpem optimam pollicentes. Et locum quidem illum appellauit dei caſtrum. Volens autem noſſe quid eius cogitaret frater: ſingula cogniturus cum integritate premiſit. Metuenſque propter priſcam ſuſpitionem. precepit hiis quos mittebat ut dicerent eſau. quia iacob putans iniuſtum eſſe ut hic te iraſcente cum uideret de prouincia ſponte diſceſſiſſet. et nunc ſufficiens tempus eſſe putans reconciliationis. reuerſus eſt. uxores et filios ducens. cum diuitiis adquiſitis. et cum pretioſis rebus ſemet ipſum tibimet traditurus: quia maximum fore bonum iudicat: ut cum fratre fruatur hiis. que ei ſunt a diuinitate collata. Et illi quidem hec indicauerunt. Eſau uero letus effectus: fratri cum quadringentis occurrit armatis.

Iacob autem audiens uenire eum in occurſum ſibi cum tantis armatis expauit. deo tamen ſpem ſalutis ſue conceſſit: et prouidentiam rerum preſentium fecit. quatinus et ipſum ſine paſſione ſeruaret. inimicisque preualeret. ſi aliquid iniuſtum facere uoluiſſent. Diſtribuens ergo qui cum eo erant. alios quidem premittebat: alios autem poſt tergum proxime ſequi iubebat: ut ſi uim paterentur qui premiſſi fuerant inſiſtente fratre. refugium ſequentes haberent. Et omnes qui cum eo erant hoc modo diſponens: miſit quoſdam fratri munera deportantes. Erant enim iumenta que mittebantur. et multitudo quadrupedum uariorum. que grata ſuſcipientibus forent: eo quod illi rarius hec haberent. Mittebantur autem diuerſis uicibus: ut frequenter uenientes multi eſſe putarentur. Placabat autem per dona iram eius. uel ſi adhuc aliqua indignatio remanſerat. ſed et etiam ſermonibus blandis iubebat uti: quos mittebat ad eum. Hec diſponens per totum diem: nocte ueniente mouebat ſuos. Cumque torrentem quendam nomine ioboc tranſirent: iacob ibi remanenti uiſio quedam apparuit. cum qua luctabatur. Illa utique uiſione certaminis initium faciente. que etiam uoce uſa eſt. ſimul et uerbis. letarique monens eum in hiis que facta uidebantur. nec modico ſe preualuiſſe crederet. ſed grandem angelum diuiciſſe: et hoc ſignum arbitrari magnorum fore bonorum. et quia nuſquam eius deſereret genus. nec fortiorem hominum quenquam illius eſſe uirtutis. Precepitque eum uocari iſrael: quod hebraica lingua ſignificat reluctantem angelum ſacrum. Hec igitur iacob poſcente: illa uiſio precedebat. Qui ſentiens angelum eſſe dei. rogabat ut quam partem habiturus eſſet ſignificaret: et uiſio quidem cum dixiſſet iſtam. diſparuit. Letatus autem in hiis iacob: phanuel locum denominauit. Cumque ei propter certamen dolor fuiſſet exortus circa neruum latum: et ipſe abſtinuit eo cibo. et propter illum neque nobis eſt comeſtibilis. Proximum uero iam audiens eſſe fratrem. iuſſit precedere utramque coniugem ſeorſum cum ancillis: ut de longe conſpicerent opera uirorum pugnantium. ſi hoc uoluiſſet eſau. Fratrem autem ſibi proxime uenientem ipſe ſalutauit nichil de eo doloſe cogitantem. Et eſau amplexatus eſt eum: et requirebat de multitudine filiorum et mulierum. Et cum cognouiſſet: ipſe quidem uenire rogabat eos ad patrem. Iacob autem excuſante eos de iumentorum labore: diſceſſit in ſairan. Illic enim commorabatur. Appellauitque uillam de ſua ſcilicet

hẏrſuta capillatura. Jacob autem uenit ad ſcenas id eſt
ad tabernacula que hactenus ſic uocant͞ᵃ: unde in ſichimã
q̊; ꝓfectus .ẽ. que ciuitas .ẽ. chananeoꝝ. Sichimitis autem
feſtiuitatem habentibꝫ, dina que fuit filia iacob ſola t͞ñ
ſiuit ad ciuitatẽ emptura ornamentũ ꝓuincialium mu
lierum. Videns autem eam ſichem regis emor filius. cor
rupit abreptam: & amore confectus. deprecabatur patrẽ
ut ei puellam acciperet in uxorem. Jlle uero conſentiens
uenit ad iacob: ſupplicans ut filio ſuo ſichem dinam lege
iungeret. Jacob autem neq; contradicere ualens ꝓp͞t digni ta
tem ſupplicantis. neq; legitimũ iudicans alienigene filiam
copulare: petit concedendum ſibi. ut deliberaret de quibꝫ
poſcebat. Abſceſſit g̊ rex. ſpans iacob nuptias filio ſuo con
ceſſurum. Jacob autem filiis indicans & corruptionem ſoro
ris & ſupplicationem emor: petebat cogitandum ẽẽ q̊d fieret.
Et plurimi quidem tacebant. conſilium ñ inuenientes. Sy
meon autem & leui puelle f͞rs ex eadem matre nati. huiꝰmõi
ſibi conſtituerunt ad inuicem actionẽ. ut cum ẽẽt feſtiuitas.
& ſichimite requie & epulis uterentur: incunctant͞ᵉ p̃mis cu
ſtodiis aſſiſtentes dormientes occiderent: & uenientes in ci
uitatem int͞ficerent omnem maſculũ & regẽ cum eis & fili
um eiꝰ ſoliſq; parterent mulieribꝫ. Hec autẽ efficientes p͞t
conſcientiam patris: reuocauerunt dinam. Jacob autẽ fac
toꝝ magnitudinẽ ãmiranti. & filiis iraſcenti. d͞s aſſiſtens
iuſſit eum confidere. & purificantẽ tabernacl͞a ſacͥficia ce
lebrare: que p̃us cũ iret in meſopotamia ꝑ ſomnii appari
tione deo uouerat. Cum g̊ purgaret ſuos: laban deos in
uenit. Neq; enim ſciebat rachel furatã ẽẽ. eo quod int͞ra
eos celaſſet ſub arbore quadã. Hos g̊ inde tollens. ſacͥfica
bat in bethel: ubi ſomniũ uiderat. cũ meſopotamiã p̃us
iret. Hinc enim ꝓficiſcens. uenit in effrata: ubi rachel ex
partu mortuam ſepeliuit. Que ſola int͞ cognatos in hebron
honorem ſepulture habere ñ meruit. Et cum ualde eam
fleuiſſet. filium ex ea natum beniamin appellauit: ꝓpter
dolorem qui ex eo matri ꝓuenerat. Jſti ſunt g̊ om͞s filii iacob.
maſculi quidem duodecim. femina ů una. Horum octo
legitimi de lia quidem ſex. duo ů de rachel: quatuor uero
de famulabꝫ. bini ex utraq; quoꝝ & nomina dixi ſupius. Ve
nit g̊ hinc in hebron ciuitatem poſitam int͞ chananeos.
illic autem & ẏſaac cõmorabatur: & paululum q̊dem
parit͞ uixerunt. Rebeccam autẽ uiuam. iacob ñ cõperit.
Moritur & ẏſaac ñ poſt multũ quam filiꝰ eiꝰ aduenerat:
& ſepultus .ẽ. a filiis cum uxore in hebron. ubi erat eius
ſepultura parentũ. Fuit autẽ ẏſaac deo uir carus: & mul
ta eius ꝓuidentia dignus. poſt abraham patrem ſuum. &
ualde longeuus. Cumq; uixiſſet centum octoginta q̊nq;
annos: cum uirtute defunctus eſt. Explic͞ liber p̃mꝰ.

Incipiunt capitula libri ſecundi.

HEC ſunt in ſcd͞o libro ioſephi hẏſtoriarum
antiquitatis iudaice. I. Quom͞ eſau & iacob
ẏſaac filii habitacula diuiſerunt. & eſau
q̊dem idumeam tenuit. iacob autem cha
naneam. II. Quom͞ ioſeph iunior filioꝝ iacob. ſomniis ei
demonſtrantibꝫ felicitatẽ futuram inuidiam ſuſtinuerit
fratrum. III. Quom͞ idem ipſe in egẏptum uenundatus
a fratribꝫ ꝓpter odium quod habebant in eum. factuſq; in
ſignis & clarus ibi f͞rs habuit ſibi ſubiectos.

Incipit liber ſecundus.

POST mortẽ ů ẏſaac: filii eiꝰ inuicem
habitacula diuiſerunt. ñ ea que acceꝑant.
& tenuerunt. S; eſau quidẽ hebron ciuita
tem f͞ri dans. habitabat in ſeir: & in idumea
regnabat. Quam regionẽ a ſemetipſo ita uocauit: edom
enim nominatꝰ .ẽ. Quã nuncupationẽ huiꝰmõi uenationiˢ
cauſa ſortitus .ẽ. Aliquando labore uenationis eſuriens
rediebat. dum adhuc puer ẽẽt etate: inueniẽſq; fratrẽ
lentem ſibi p̃parantẽ ad prandium. rubeum colorẽ nimis
habentem: & ꝓpterea potius incitatus. rogabat ut ei pre
beret cibum. Qui uendere ſibi p̊matum ꝓp͞t cibum ꝑ eiꝰ
eſuriem compulit f͞rem: & ille fame compulſus ceſſit cum
ſacramento primatũ. Quã obrem ꝓpter ruborem cibi a coe
taneis infantie tempore edom id .ẽ. rubeus dictus .ẽ.: & ideo
regionem ſic appellauit. quam greci honeſtius idumeã
denominauerunt. Fuit autẽ pat͞ filioꝝ numero q̊nq; quoꝝ
ieu quidem & ielon. & core ex una muliere ſunt geniti aliba
nomine: reliquoꝝ uero eliphas quidem ex ada. raguel au
tẽ de baſama ei ſunt nati. Jeus q̊dem filii ñ fuerunt. eliphas
uero fuerunt legitimi q̊nq: thunon. omer. oſus. iuthan. can
naz. Amalech enim non naturalis erat. de concubina tanna
nomine ꝓcreatus. Jſti ſiquidem habitauerunt in idumea.
que gobolitis .ẽ. dicta. & ab amalech amalechites appella
ta. Cum enim aliq͞ndo magna fuiſſet idumea. & in tota
regione nom͞ integrum retinebat. Et in paꝛ͞tibꝫ appellationẽ
ab habitationibꝫ conſeruabat. Conſtitit autẽ iacob. ut ad
tantam felicitatis magnitudinem ꝑueniret: que facile
ab aliis apprehendi non poſſet. Diuicus enĩ cunctis ꝓuin

cialibus eminebat. et filiorum uirtutibus imitabilibus conspicu
us erat. nec ullius rei penitus indigebat quando illi ad oper(a)
manuum et laborum tolerantiam diuinitus et felicitatis curam.
ut etiam ex his que uidebantur esse tristia bonorum ei prebere
tur sublimitas. feceritque eum et qui ex eo percreati sunt
auctores reuersionis ex egypto. quo patres nostri huiusmodi
causa morati sunt. Ioseph ex rachel filium suscipiens ia
cob. et propter corporis honestatem. et animi uirtutem. cum
utique aliis sapientia precelleret. eum amplius aliis filiis
diligebat. Huic paterna dilectio odium concitauit fratrum
sibi. sompniaque cum uidisset patri et eis pariter indicauit. eo
quod profectum eius adnuntiarent. cum sepius zelentur
homines. etiam suorum felicitates. Visiones autem que ap
paruerant ioseph. erant huiusmodi. Missus a patre fratribus
ut colligeret messem mature frugis. uidit nimis precipu
am uisionem et ultra ea que solent per sompnia prouenire.
Quam uisionem dum surrexisset fratribus tanquam somp
nium discernentibus enarrauit. dicens uidisse se transacta
nocte manipulum suum discrete constantem in quo eum
posuerat loco. illorum uero concurrentes adorare eum. sicut
dominum serui. Illi uero intelligentes uirtutem eius. et rerum
magnitudinem predicere uisionem. et contra se ei potestatem
futuram. ioseph quidem tanquam ignorantes somnia nichil
explanauerunt. Consilium uero fecerunt ne ad profectum ei
que arbitrabantur accederent. et circa eum grauius amplius
existebant. Impugnans autem diuinitas eorum inuidiam.
secundam ioseph prestitit uisionem multo mirabiliorem quam
priorem. Vidit enim solem sumentem lunam et ceteras stel
las. in terram descendere. et se adorare. Quam uisionem patri
nichil de fratribus mali formidans. etiam his presentibus indi
cauit. et interpretari sibi quid uellet hoc significare posce
bat. Ille uero somnio gaudens cum expositionem eius mente
conciperet. et eum sapientia non sine consideratione con
cere letabatur. magnisque felicitatem significationibus fi
lio nuntiabat. tempusque largiente deo futurum. quo a pa
rentibus esset et fratribus honorandus. et adorari dignus. lunam
quidem et solem matri et patri comparans. eo quod illa auge
at et nutriat uniuersa. ille uero formet et aliis fortitudinem
prestet. stellas uero fratribus cum et ipsi essent undecim sicut
et stelle uigorem a sole lunaque percipientes. Et iacob quidem
huiusmodi non insipientem discretionem protulit uisionis. Fratres
uero ioseph uehementer ea que sunt predicta contristaue
runt. et incitati aduersus eum uelut extraneum. bona

que significata fuerant illis somniis habiturum. et non
quasi de fratre gaudentes. dum etiam cum eo potuissent
hec adipisci bona. Nempe qui eum natione communicauerant
et felicitatis socii forent. interimere adolescentulum sunt
aggressi. Dumque hoc consilium statuissent. ad profectionem
eius tendebant in sichimis abeuntes. Hec autem prouincia
pasturis est. ouium optima. et gregum alimentis ualde
copiosa. Quo dum curam gregum haberent. nec patrem
scire fecerant. quod ibidem remeassent. Ille autem ignorans
hec eo quod nullus ad eum a gregibus aduenirer. qui quod
esset uerum de filiis nuntiaret. tristemque pro illis animum
gerens et in formidine constitutus. misit ioseph ad greges
ut de fratribus suis agnosceret. et quid agerent indicaret. Illi
autem fratrem uidentes ad se uenire. gauisi quidem sunt. sed
non uelut familiaris sui presentia. et a patre directi. sed quasi
super inimicum. et manibus eorum diuina uoluntate contraditum.
Ad interitionem ergo eius nolentes differre presens tempus.
pariter accesserunt. Quos dum ruben senior eorum conspice
ret ita conspirare. et ad actum iam iam uideret unanimes.
eos retinere temptabat. magnitudinem presumptionis et sce
lus eis ostendens. Quod malignum quidem. et deo et homi
nibus esset abhominabile. etiam non consanguineum homi
nem perimere. multo magis autem scelestius eosdem fratres ita
perficere. quo scilicet interfecto. pater una puniretur. et mater
luctu. et filii priuatione non humana lege facta consume
retur. Etiam hoc eis dicebat. ut uno animo perciperent quod
ipsi paterentur. mortuo sibi bono filio et iuuenculo. et re
cederent a tali presumptione deum timentes. qui inspector
simul et testis esset. ut ab huiusmodi actione recedentes. peni
tentiam diligerent. et potius temperantie deseruirent. nam
accedentes ad hoc opus. omnem penam pro fratris nece persol
uerent. uiolantes utique dei prouidentiam ubique presentem. cui
neque quod in deserto. neque quod in ciuitatibus agitur est ab
sconsum. Vbicumque enim est homo. oportet scire illic esse
deum. Sed etiam conscientiam suam eos habituros inimicam
in his presumptionibus edicebat. quam neque talem qualis
in eis tunc habitaret. post mortem fratris effugerent. Adici
ebat etiam dictis suis etiam hec. quia fratrem neque iniustum
aliquid facientem scelestissimum esset occidere. bonum
uero esse etiam in amicis obliuisci. siquid forte peccauerint. ioseph
autem in nullo malignum circa eos extitisse unde eum occi
derent. cuius etatis infirmitatem miserari deberent. quando
ipse eorum tutelam potius expectaret. causa uero eius interitus

multo peiorem faceret eoꝝ actionē: eo quod ꝓpter inuidiā
futuroꝝ eiuſ bonoꝝ. eum uitam ꝑuare niterentur. quibꝫ
boniſ cum illo ſimilit̄ fruerentur eiꝰ communioni partici
panteſ: cum non extraneuſ ſ; domeſticuſ eoꝝ exiſteret.
unde deberent ſua putare. quecūq; ioſeph diuina largitaſ
conferret: ſ; & iracundiam ſupnam ꝓprie ſeueriorem ſi
bimet futuram. ſi eum qui adeo iudicatuſ fuerat digꝰ
occiderent. & auferrent. deo eum uindicante cui ēēt ta
lia donaturuſ. Et ruben quidem hęc dicenſ. & hiſ potio
ra ſupplicanſ. a fratricidio eoſ conabatur auertere. Cum
uero eoſ in nullo mitioreſ uideret. ſ; feſtinanteſ ad necem
ſuam: ſuadebat ut malum ſceleriſ aliquatenꝰ leuigarent.
Nam ulciſci ſe uolenteſ. priuſ credebat flectere. Cum ů
preualuiſſent ut fratrem occiderent: dicebat non ēē ualde
futuroſ maloſ. ſi in hiſ que nunc hortaretur obędirent. in
hiſ enim ēēt & opuſ quo feſtinarent: non tamen huiꝰmōi.
ſ; leuiuſ in compatione mali. Petebat enim eoſ manuſ qdē
in fratrem non inicere: ſ; piectum in lacum uicinum eum
illic deſineret mori: & ſceluſ manuū ſuaꝝ uelle lucrari.
Illiſ uero conſentientibꝫ ſumenſ ruben adoleſcentulum &
caute liganſ eum. quiete in lacum depoſuit. Erat enim ſine
aqua. Et ille quidem dum hoc feciſſet abſceſſit: querenſ loca
oportuna paſture. Iudaſ autē qui & ipſe filiuſ erat iacob
uidenſ negociatoreſ arabeſ ex iſmahelitaꝝ genere aromata
& onera ſyria portanteſ egyptiiſ de galaad: poſt diſceſſum
ruben fratribꝫ ꝑſuaſit. ut extrahenteſ ioſeph uenderent
arabiſ: quo longiuſ conſtituto. uel ſi moreretur apud pe
regrinoſ ipſi forent ab ſcelere liberi. Hoc dum placuiſſet.
ioſeph extrahenteſ de lacu negociatoribꝫ uendiderunt ſ uenditur ioſeph
precio minaꝝ uiginti: cum decem & .vii. ēēt annoꝝ. Ru
ben autem nocte ad lacum ueniens latenſ frēs ut libera
ret ioſeph: dum clamante ei non reſponderet. metuenſ ne
poſt eiuſ abſceſſum eum interemiſſent: culpabat frēs.
Illiſ uero quod geſtum fuerat edicentibꝫ: ceſſauit a luctu
ruben. Cumq; circa ioſeph hęc geſta uiderentur a fr̄ibꝫ:
qd agerent poſtea ut extra ſuſpitionem patriſ fierent
exquirebant. tunicamq; qua uenerat ad eoſ indutuſ
ioſeph quam abſtulerant. dum eum in lacum depone
rent: placuit eoſ diſcerpere. & hyrci ſanguine macula
tam portare patriq; monſtrare: ut ei uideretur quaſi a
beſtiiſ deuoratuſ. Quod facienteſ uenerunt ad ſenem.
Et cum ab eiſ de filii cognitione requireret: dicebant
quidem ioſeph. neq; uidiſſe ſe neq; ſi qua accidiſſet ei
calamitaſ noviſſe. Illam ů tunicā inueniſſe ſanguine
maculatam. atq; diſruptā: & arbitrari ſe quod incidenſ
in beſtiaſ interiſſet. ſi tam̄ ea tunica indutuſ fuiſſet de do
mo ꝓficiſcenſ. Iacob autem cū priꝰ in leuiore fuiſſet ſpe
tanquā forte predato filio ſuo: hanc ſpem deſeruit. cū
tunica eiuſ mortiſ inditium faceret manifeſtum. Cog
nouerat enim eum ipſa ueſtitum. cum ꝓperaret ad frēs.
& uelut ſup mortuum de cetero uidebatur afflictuſ adoleſ
centem lugenſ: & tanquā ſi uniuſ filii pater ēēt. alioꝝ q;
conſolatione priuaretur. ſic erat apud ſemetipſum male
priꝰ fr̄ibꝫ eum eſtimanſ cōparatum. qui a beſtiiſ credebat
ēē conſūptuſ. Sedebat autē ſacco ueſtituſ & triſticia gūuiſſimꝰ:
ut neq; a filiiſ conſolationem ſumenſ leuior fuiſſet. neq;
laborando doloribꝫ interdicere preualeret. Ioſeph autē
uenditum a negociatoribꝫ cōparanſ phutiphar uir egip
tiꝰ. qui erat ſup cocoſ pharaoniſ regiſ. habebat in omnē
honorem doctrinamq; liberalium edocebat. cōmiſitq;
ei domeſticam curam. Ille uero cum hiſ frueretur. uirtu
tem humilitatiſ quę circa eum erat. neq; hac mutatione
dereliqͥt: ſ; oſtendit prudentiam cum certiſſime affuerit
preualere poſſe rebꝫ inuita difficillimiſ. nec felicitatibꝫ
ſolūm temporalibꝫ inherere. Itaq; cum uxor eiuſ dn̄i ꝓpt
pulcritudinem & oportunitatem actuum eiꝰ ēēt illiꝰ amo
re confecta. & putaret qͦd ſi ei fieret manifeſtum facile
ſuaderet eum ad ſuum uenire concubitum. qͣſi ille iudi
caret felicitatem. eo qͦd domina ei ſupplicaret. & ad figu
ram illiuſ tunc ſeruicii. & non admodum reſpiceret ca
ſtitatiſ. deſiderium ſuum ꝑdidit: & uerba de cōmixtione
fecit. Cuiꝰ reſpuebat ille preceſ. dicendo non ēē iuſtum
huiꝰmōi ſibi imponi ſeruicium. ut emptorem. a quo tan
ta benignitate fuerat honoratuſ iniquitatiſ continge
ret iniuriam ſuſtinere: ſ; rogabat eam cōpmere paſſio
nem. deſpationem quippe huiꝰ deſiderii ei ꝑponenſ. qͣſi
ſi non ēēt ſpeſ hoc ei facile poſſet auferre: ſe uero omnia
ferre dicebat: quam in hoc quodāmodo conſentire. Nam
ſi ſeruum inqͥt nichil oportet facere dn̄e aduerſum: contͣ
hęc precepta maxime conuenit reſultare. Illiuſ autem
amor potiꝰ augebatur: eo quod non ſparet omnino deui
are ioſeph. Et dum uehementer obſideretur a paſſione:
ſcdm̄ ruſuſ fecit experimentum. Igitur dum feſtiuitaſ
publice celebrationiſ inſtaret egritudinem marito ſimu
lauit. & nolenſ ēē ad ſollempnitatem. in qua ad cerimoni
aſ etiam alię mulieres intereſſent: captanſ ob hoc ſolitu

dinem atque silentium, ut exoraret Ioseph. Qui dum accessisset, uberiores prioribus optulit ei sermones, quia bonum quidem fuisset ut priscis precibus flecteretur, nec in aliquo contradiceret propter reuerentiam domine deposcentis excellentiam passionis, quia cogeretur domina de sua dignitate descendere; sed nunc melius ageret si quod pridem contempserat emendaret. Nam si secundas preces expectaret, hoc illa etiam maiori studio se fecisse ferebat, et egritudinem simulasse, et festiuitati uel cerimoniis preposuisse eius amplexum. Sibi autem prius sermonibus non credendo resultauerat, nulla factum fuisse malicia iudicaret, signumque crederet utilitatis bonorum presentium quod ipsa in ea uoluntate persisteret; que bona iam quasi possideret si eius amore flecteretur, et maioribus frueretur obediens. Vindictam uero et odium eum asserebat suscepturum, si eius contempneret dignitatem, sed etiam domine castitatem conferre uideretur. Neque enim hoc illum iuuare posse dicebat, si ipsa ad accusationem accederet illius, et temptatam se ab illo marito proprio mentiretur; magisque credendum uxoris sermonibus Petefren quam illius, licet eos ex ueritate proferret. Hec dicente muliere et flente, nec misericordia eum recedere a castitate suasit, nec metus coegit; sed et preces respuit, minisque non cessit, metuens iniusticiam sustinere, et pati magis quod libet seuius elegit, quam letus frui presentibus in quibus etiam conscius esset perditionis sue. Commemorabat autem nuptias et uiri societatem, et his potiora distribuenda, quam temporalis ardoris libidine supplicabat. Nam talibus perpetratis que penitentiam magis augerent, dolorem sumeret, et nequaquam que deliquerat emendaret, et timorem nimium habitura esset, quando causa huius mali nequaquam possit abscondi. Visa autem sue societatis ad optionem habitura sine periculo insuper magnam conscientie apud deum fiduciam simul et apud homines, tanquam melius manens amplexibus munda, et apud eum domine potestatem, et non pro peccato habitura confusionem. Multoque melius esse habere fiduciam in bonis que cognoscuntur, quam in malis que timore celantur. Hec dicens et his multo maiora, ardorem mulieris retinere, eiusque passionem ratione conuertere nitebatur. Illa uero studio suo uehementius incitata, inmittens manus cum uerbis suadere desperasset, eum cogere temptabat. Cumque fugisset iratus Ioseph, illa eius tenente uestem quam se exuerat, exiluit domo. Que in formidine constituta, ne uiro suo hoc diceret iniuriamque uolens preuenire, quatinus aduersus Ioseph mentiretur, excogitauit ut hoc modo ulcisceretur iniuriam que fuerat superbe contempta. Precedere uero in accusatione sapientissimum fore, simul et muliebre credens, sedebat quidem deiecta atque confusa, ob tristiciam qua fuerat sua cupiditate decepta, temptamentum corruptionis sue cum ira frigens. Veniente autem uiro, multum turbata apparuit, causamque consulenti fecit Ioseph accusationis sue initium, et uelut mortua dixit marito. Seruum nequam cubile tuum uolentem uiolare castiga, qui neque qualis in tuam domum uenerit recordatus timuit, neque quantum ex tua bonitate promeruit mente percepit; sed pro his rebus omnibus cum bonum se prebere debuisset, insidiatus nobis est, ut lectum tuum contumeliis afficeret, et hoc in festiuitate, captans absentiam tuam. Qui licet humilis primitus uideretur, propter tuum quiescebat metum, non quod esset natura benignus. Hoc autem factum est eo quod indigne et preter spem ad honorem accesserit. Qui dum fidem totius possessionis tue et dispensationem optinere preualuisset, et senioribus famulis prepositus esset, tuam quoque uiolare temptauit uxorem. Dum uero quieuisset in uerbis, ostendebat uestem, quasi dum temptasset ei uim facere reliquisset eam. Petefres autem neque lacrimis uxoris, neque his que dicebat illa uel uidebat ipse discredens, et eius amori cuncta distribuens, examinationem quidem ueritatis fieri non permisit, uxori tribuens castitatem. Ioseph itaque omnia sua deo committens, neque ad satisfactionem, neque ad integram factorum manifestationem conuersus est, sed uinculis et necessitate tacitus mansuetusque succubuit, meliorem esse confidens deum causam calamitatis et ueritatis scientem, quam illius qui eum iniuste pene contraderet. Cuius prudentie experimenta suscepit. Custos namque carceris diligentiam eius fidemque considerans, et uidens dignitatem forme subtraxit uincula, et quod erat pessimum leuius ei fecit, ciboque eum uti quam cunctis uinctis conueniebat meliore precepit. Vinctis uero qui in eisdem calamitatibus erant, dum ab erumpnarum onere cessarent ad colloquium ut adsolet communionis et similis calamitatis uenientibus, et ad inuicem causas pro quibus commendati fuerant requirentibus, pincerna regis et ab eo uehementer honoratus, eiusque affectu deuinctus, cum Ioseph habens compedes familiariora somnia apposuit, petens quid significarent insinuaret, accusans quia supra mala regis adhuc ei diuinitas sollicitudinem apponeret somniorum. Dicebat se uidisse per somnium trium palmitum natos botros, ex uno quoque pendentes grandes iam ad uindemiandum speciosos, eosque se comprimere in poculo regis mustumque offerre bibituro, et illum

gratie suscipe. Quod ergo uiderat hoc esse dicebat poscebatque ut quem
cumque ioseph in his sortitur intellectum: ei suo manifestaret elo
quio. Ille uero exhortabatur eum confidere & sperare in tribus se
diebus a uinculo absoluendum a rege desiderante ministeri
um eius. & rursum in eo esse constituendum. Fructum enim
significabat uitee in bonum deum hominibus prebuisse quod
etiam ipsi libatur: & fidem hominibus amiciciamque pascescit.
soluitque lites. passionesque & tristicias aufert his quibus offertur:
& ad delectationem sepe conuertit. Hoc ergo dicis inquit ex tribus
compressum botris poculum manibus tuis suscepisse regem.
Bonam ergo uisionem tibi scito futuram & presentis necessitatis
indulgentiam intra tot dies pronuntiantem: de quantis fructum
uisus es palmitibus uindemiasse per somnium. Sed memor esto
mei cum hec fueris expertus. qui tibi pronuntiaui bona: & in
potestate constitutus non obliuiscaris in quibus nos derelinquis.
Hic enim peccantes ad uincula uenimus: sed propter causa ueritatis
& castitatis ea que reis pena fuit sustinere dampnati sumus.
quando nec in propriam delectationem eum qui nobis hanc intulit
iniuriam sustinere uoluimus. Et pincerne quidem ut assolet
audienti huiusmodi expositionem gaudium somnii erat:
expectabatque interpretationis finem. Seruus autem quidam super
pistores constitutus regis cum pincerna uinctus in carcere.
dum talem ioseph protulisset de illius uisione sententiam. in spe
bona constitutus. cum & ipse somnium uidisset. petit ioseph:
ut & illi que preterita nocte uiderat quid uellent significare pro
meret. Erant autem inquit tria huiusmodi canistra super caput meum
duo quidem plena panibus: tercium uero obsonio uariisque cibis. & quali
a solent regibus ministrari: superuolantes autem alites consump
sisse omnia. Et ille quidem similem expositionem futuram sibi
que fuerat pincerne dicta credebat: ioseph autem conspiciens
animo somnium dixit ad eum uelle se quidem interpretem ei
fore bonorum. & non talium qualia uisio demonstraret. Duos
inquit ei uite super esse dies. hoc enim canistra dicens significare.
tercia uero eum crucifigendum. & cibum uolatilium esse fu
turum: nichilque fore quod ei posset ferre auxilium. Hec ergo
similem terminum in ambobus sicut ioseph dixerat susceperunt.
Predicto namque die cum natalis esset regis. non sicut rex agens
pistorem quidem crucifixit: pincernam uero uinculis absoluens.
in proprium ministerium reuocauit. Joseph uero cum duobus an
nis uinculorum mala sustineret. nichilque a pincerna predictorum
memoria iuuaretur: deus eripere eum uolens e carcere. huius
modi ei machinatus est libertatem. Rex pharao eadem nocte
uisiones somniorum uidit duas: & cum his utriusque expositio

nem. Interpretationem quidem oblitus est: uisiones uero recoluit.
Afflictusque in his que uiderat. nempe cum ei tristia uiderentur:
die facto conuocauit sapientes egyptiorum. uolens agnoscere
somniorum discretionem. Hesitantibus autem illis: rex potius turba
batur. Pincerne uero regis uidenti confusionem memoria red
dita est ioseph: eiusque circa somnia sapientia. Et accedens
ad regem indicauit de ioseph. & uisionem quam ipse uidis
set in carcere pariter & euentum. & quia ipse dixerit crucifigen
dum ea die pistorem: & sibi omnia secundum interpretationem
somnii contigissent predicente ioseph: uinctumque eum
asserens a petefre principe cocorum ut seruum eum defer
ret — semetipsum hebreorum non humilis esse generis: nec
glorie patris. Hunc inquit euocans. nec propter modernam calumpniam
eum culpans: que tuis somniis indicantur agnosces. Juben
te siquidem rege. ioseph ad suum uultum adduci. obediunt
famuli: diligentia ei precepto regis adhibita. Rex uero dex
teram apprehendens illius o iuuenis inquit tu enim michi nunc
optimus & prudentia dignissimus. testimonio mei famuli
nunciatus es. His ergo in bonis quibus iste participatus est. etiam
me fac esse consortem: pandens quecumque somniorum pronuntiant
uisiones. Nolo autem te ullo terrore constrictum blandiri
sermone fallaci: & delectationem facere si re uera sit triste quod
uidi. Putabam enim circa fluuium ambulans uidere me bo
ues pinguissimas simul & magnitudine precipuas. nume
ro septem. gradi de pascuis ad paludem: alias uero tantas
numero proximas. de palude currere ualde tenuissimas & ad
uidendum deformes. Que cum deuorassent pingues &
magnas: nichil adiute sunt crudeli fame detente. Et post
hanc uisionem ex somniis surgens turbatus: quid que esset
hec uisio apud me considerans. rursus in sopore solutus
sum: & uidi secundum somnium multo mirabilius priore quod
etiam potius terret atque conturbat. Spicas autem septem
uidi ex una radice natas. capite iam grauatas. & reclina
tas ex fructu: & aptas ad messem. Et ad hec alias spicas
septem inanes & infirmas nimia siccitate: que conuenisse
ut consumerent & comederent speciosas spicas. stuporem
michi fecerunt. Joseph autem respondens ait. Visio quidem
ista rex. licet duabus formis apparuerit: unum tamen
terminum eundemque significat futurorum. Quod enim
boues uidisti animal in aratri labore fortissimum a peio
ribus deuoratas & spicas a minoribus fuisse consumptas:
famem egypto & sterilitatem tantis annis pronuntiant
equis scilicet primo temporibus felicitatem ferentibus. quos

ubertaſ totidem annorum poſterorum ſterilitate conſumetur. Erit ergo difficultaſ rerum neceſſariarum: que inemendabiliſ uehementer inſiſtet. Signum autem hoc eſt: quoniam exhauſte boueſ que conſumpſerunt melioreſ ſaciari minime ualuerunt. Deus tamen non ut reſ iſta fecit futura predicit hominibus: ſed ut leuiora preſcientibus faciat experimenta pronunciatarum rerum. Tu ſiquidem congregans bona tempore primo futura facieſ: ut calamitatem uenturam egyptiorum terra non ſentiat. Miratus itaque rex prudentiam ſapientiamque ioſeph. et conſulenti quemadmodum ubertatiſ tempora diſpenſarentur: ut poſterior ſterilitaſ leuior eſſe uideretur. huiuſmodi conſilium dedit. ut frugum parcitaſ haberetur. et non affluenter egyptioſ hiſ uti permitteret. ſed quantum ad pabulum ſufficeret erogaret: que uero ſupereſſent. ſterilitatiſ ſeruarentur in tempore. Recondique monebat triticum ab agricoliſ perceptum: ut ad ſata tantummodo miniſtrarent expenſaſ alimentorum. Pharao utrumque in ioſeph miratur: ſcilicet diſcretionem ſompnii pariter et conſilium. diſpenſationemque eius rei ipſi commiſit. quatinus ageret ea que populo egiptiorum et regi utilia eſtimaret: inuentorem ſcilicet huiuſcemodi uite etiam diſpenſatorem optimum fore credens. Ille uero poteſtateſ a rege colebat. ita ut eiuſ uteretur ſignaculo et purpura ueſtiretur. per uniuerſamque ductuſ terram uehebatur in curru: frumentum agricoliſ ſufficienſ ad ſemen et pabulum ſinguliſ mittenſ. nulli ſignificabat cauſam. pro qua talia peragebat. Triginta ſiquidem etatiſ annoſ tranſierat: et omni honore collato ſibimet a rege fruebatur. Quem appellauit prothonpanicoſ. uidenſ eiuſ intellectum inopinabilem. Significat autem hoc nomen: inuentorem abſconditorum. Duxit autem uxorem ualde digniſſimam filiam petefre qui fuit unuſ heliopolitanorum ſacerdoſ. adhuc uirginem nomine aſenech: cooperante ſibimet rege. Ex hac fuerunt filii ante ſterilitatiſ tempuſ manaſſeſ quidem ſenior quod nomen ſignificat obliuionem. eo quod per felicitatem obliuio infelicitatiſ acceſſerit: iunior uero effraim. quod reſtitutionem ſignificat. eo quod redditus eſſet libertati maiori in egypto. Siquidem ſecundum expoſitionem ſompniorum ioſeph. ſeptem anniſ beatiſſime tranſactiſ: fameſ annum iam tangebat octauum. Et eo quod non preſenſ eſſet cauſaturi ſuper malum. laboranteſ in eo crudeliter: omneſ ad regiſ ianuaſ confluebant. Ille uero ioſeph uocabat qui eiſ frumentum uenderet: factuſ multitudiniſ ſine dubitatione ſaluator. Et mercedem omnium non cum prouincialibus tantummodo faciens. ſed etiam paratus uendere peregriniſ: omneſque homineſ ſecundum cognationeſ ſuaſ ſolatia merebantur ioſeph felicitate eiuſ utenteſ. His ita geſtis: dum chananea fame crudeliter uexaretur omnem denique terram hec peſtiſ inuaſerat. Miſit etiam iacob filioſ uniuerſoſ in egyptum comparaturoſ frumentum. confidenſ licere tritici commercium fieri peregriniſ: beniamin tantummodo retinenſ. qui ex rachel fuerat generatuſ. et erat ioſeph conſanguineuſ. Illi ſiquidem in egypto uenienteſ adierunt ioſeph: frumentum emere ſupplicanteſ. Nichil enim erat quod non illiuſ conſilio gereretur: nam miniſtratio regia tunc utiliſ erat hominibus quando ioſeph honor exhiberetur. Qui dum cognouiſſet fratres nichil de ſe cogitanteſ. eo quod adoleſcenſ quidem ab eiſ abſceſſerit ad hanc uero etatem ita peruenerit ut figura etiam eiſ ignotuſ eſſe uideretur. cum magnitudine quoque dignitatiſ eiſ neque ſuſpectio perueniret: temptabat eoſ ut diſceret quam haberent de rebuſ omnibus uoluntatem. quibus frumenta quidem non uenundabat. exploratoreſ uero rerum principiſ eſſe dicebat. et ex multiſ quidem lociſ eoſ eſſe congregatoſ. excuſationiſ uero cauſa ſe cognitoſ aſſerere: impoſſibile uero eſſe taleſ filioſ uiro idiote dicenſ. et forma ita clariſſimoſ enutrire cum regibus tot filiorum copia eſſet ualde difficiliſ: ut per hec etiam de patre que perueniſſent poſſet latenter agnoſcere. ſimiliter et ut de fratre ſuo beniamin audiret. metuebat enim ne forſitan et in illum ut in ſe quoque peccauerunt aliquid deliquiſſent. Illi namque erant in tumultu pariter et timore maximo conſtituti periculum ſibimet putanteſ imminere: nichilque de fratre mente ſua percipienteſ adſtanteſ reddebant pro cauſiſ ſinguliſ rationem. Ruben itaque continuo ante fratres qui eorum ſenior exiſtebat. noſ inquit pro nulla leſione uenimuſ huc. neque regiſ negotiiſ aliquid mali facturi: ſed egenteſ ſalute. et effugio malorum: que regionem noſtram optinere noſcuntur. Veſtram utique ſcienteſ clementiam. quod non ſolum ſubuenire ciuibus propriiſ ſed etiam peregriniſ mercimonium audiuimuſ propoſuiſſe frumenti: ut omnibus indigentibus ſalutem maximam preſtaretiſ. Quod uero ſumuſ fratres et communiſ nobiſ eſt ſanguiſ. clarum quidem hoc facit etiam familiaritaſ forme non ualde mutate. pater autem eſt nobiſ iacob uir hebreuſ. cuius exiſtimuſ filii duodecim ex mulieribus quatuor: quibus omnibus uiuentibus feliceſ eramuſ. Uno uero moriente fratrum noſtrorum ioſeph: reſ noſtre ad peiora conuerſe ſunt. Nam et pater immenſum in eo trahit luctum: et noſ ex calamitate defuncti. et erumpna ſeniſ affligimur. Venimus igitur

pro comparatione frumenti: curamque patris et nostrorum prudentiam.
beniamin iuniorem fratrem reliquimus. Poteris autem domum
mittendo ad nostram agnoscere: si quicquam dicimus mentientes.
Et ruben quidem huiusmodi uerbis temptabat persuadere io-
seph: ut de eis meliora decerneret. Ille uero iacob cognoscens
uiuere: fratremque beniamin minime deperisse: tunc equidem
in carcerem eos quasi de uacantia discutiendos iniecit. Tertia
uero die deducens eos quoniam inquit asseritis neque per maligni-
tate rerum principis huc uenisse. et esse fratres et unius patris
filios de quo dicitis hec ita esse: sic manifestabitis. si relinque-
tes quidem unum ex uobis apud me. nichil iniuriabile passu-
rum: portantesque pabula genitori denuo reuersi fueritis
ad me: fratrem quem reliquisse uos dicitis uobiscum pariter ad-
ducentes. Hoc enim erit signum credibile ueritatis. Illi uero
in maioribus malis adducti ingemiscebant frequenter. et inter
alterutros de calamitate ioseph flebant: tanquam propter id
quod in illum cogitauerant. deo in eis ulciscente talia susti-
nerent. Ruben autem nimius erat. et eos in huiusmodi penitentie
sermonibus increpabat. ex qua nulla quidem de ioseph gene-
raretur utilitas: illos uero quicquid mali sustinerent pro
uindicta illius faciente deo fortiter tolerare poscebat. Hec
autem dicebant ad inuicem: non credentes ioseph suam
linguam intelligere. Omnis autem habebat ruben increpan-
te deiectio. et penitentia rerum gestarum. cur ipsi non co-
gitassent illo tempore pro quibus cum nunc punirentur: iudica-
bant deum esse iustissimum. Videns autem eos sic estuantes ioseph.
per compassionem cessit in lacrimas: nolensque fratribus appare-
re discessit. Et postquam reliquit eos iterum uenit ad eos:
retinens obsidem symeon pro reuersione fratrum. Illis sumentibus
mercimoniam tritici abire precepit: iubens ministro. ut
pecuniam quam pro frumenti emptione detulerant oneribus
eorum latenter immittens. dimitteret eos. illam pecuniam pa-
riter portaturos. Et ille quidem imperata perfecit. Iacob autem
filii uenientes in chananeam. nunciauerunt patri quid
eis in egypto contigisset: et quod quasi exploratores re-
gis illic uenissent crediti. Dicentibus quoque se fratres esse et undeci-
mum apud patrem reliquisse domi. creditum eis non sit: et
quo modo symeon reliquerint apud principem militie donec
beniamin iret. et fidem de his que a se apud principem militie
fuerant dicta perficeret. Rogabantque patrem nichil metu-
entem: ut cum eis iuuenculum destinaret. Iacob autem
nichil omnino placebat ex his. que a suis filiis fuerant
gesta. Et dum de symeonis detentione grauiter ferret:
stultissimum iudicabat beniamin quoque his malis adicere.
Et ille quidem neque ruben supplicantis sermonibus flexus
est. suos filios tradere: ut si quid beniamin in itinere pate-
retur eos occideret auus. Illi uero hesitabant in his malis quos
potius conturbabat argentum. quod in saccis missum latenter
inuenerant. Tritico uero quod delatum fuerant iam de-
ficiente. fame magis inualescente: coactus necessitate ia-
cob beniamin deliberauit destinare cum fratribus. Non
enim poterant in egyptum uenire: nisi pergerent cum sua
promissione. Cumque famem cotidie augeri conspiceret:
filiis supplicantibus quid aliud de presenti faceret non habe-
bat. Iudas autem cum et in aliis esset uir audax. et in his
apud eum fiducialiter usus est. dicens non eum debere de
fratre metuere. neque aliquid aduerse suspitionis conspicere.
quoniam nichil circa eum agendum foret ubi deus non adesset:
et quia quicquid ei immineret etiam apud eum manenti
omnino contigeret: eos autem sic palam in perditione pue-
ri adicere non debere. nec alimentum ex ubertate pha-
raonis promissum. propter puerum irrationabiliter auferendum.
Cogitandum autem de salute symeonis ne dum patere-
tur profectu beniamin ille perimeretur: deo autem de illo esse
credendum. Quo exhortante atque dicente aut saluum re-
uocare filium. aut se cum eo remansurum atque uicturum.
credens ei iacob tradidit beniamin. et duplex tritici precium
simul: et que apud chananeos nascuntur unguenta bal-
sami. et stacten. et terebintum. et mel. munera ioseph esse
portanda. Multe uero a patre in egressione filiorum lacrime
fundebantur: pariter et ab illis. Ille namque si filios saluos
de itinere suo reciperet cogitabat: illi uero si patrem incolu-
mem repperirent nichil que pro eorum tristicia mali perpessum.
Cotidieque eis meror ingerebatur. et senior quidem fessus
tolerabat: illi uero ibant in egyptum. spe meliori tri-
sticiam rebus curaturi presentibus. Cum ergo egyptum peruenis-
sent: successerunt quidem apud ioseph. Tymor autem eos
confortatus perturbabat. ne propter tritici precium crimini
subiacerent: uelut et ipsi furtum sub calliditate egissent:
et apud prepositum ioseph multis satisfactionibus uteban-
tur. dicentes domi se in suis saccis inuenisse pecuniam. eamque
nunc reuocasse. Illo itaque respondente etiam quid dicerent
ignorare: releuati sunt a timore. Soluensque repente sy-
meon cum fratribus esse permisit. Veniente uero ioseph a mi-
nisterio regis ei munera preferebant: et sciscitante de pa-
tre dicebant quod eum incolumem reliquissent. Ille uero

cognoſcens ſuper eſſe beniamin ſi ipſe eſſet iunior frater interrogabat: quem utique in preſenti cernebat. Quibus reſpondentibus eum eſſe: optauit dominum ei ſemper omnium eſſe ſuffragatorem. Ipſe uero paſſione motus ad lacrimas diſcedebat. nolens ſemet ipſum fratribus demonſtrare: ſumptoſque ad cibum eos fecit diſcumbere. ſicut erant ſoliti apud patrem. Qui dum circa cunctos recumbentes exiſteret benignus: beniamin partibus duplicibus honorabat. Dum uero poſt cęnam fuiſſent in ſoporem conuerſi. iuſſit prepoſito ut triticum eis menſuratum traderet. precium rurſuſque in eorum ſaccis abſconderet: in ore uero ſacci beniamin etiam poculum argenteum quo bibere congaudebat immitteret. Hoc itaque faciebat experimentum fratrum ſumere uolens. utrum aliquando auxilium ferrent beniamin pro furto detento et patienti periculum: an certe relinquentes eum tanquam ipſi nichil mali gerentes. ad paterna limina remearent. Cum uero famulus mandatum feciſſet. die facto nichil horum iacob ſcientes filii diſcedebant. recipientes etiam ſymeon. et duplici gaudio congaudentes. tam propter eum quem etiam beniamin reuocantes. ſicut promiſerant patri. Qui dum abirent inſequebantur eos equites. ducente famulo a quo in ſacco beniamin poculum uidebatur immiſſum. et inopinabili equeſtrium inuaſione turbatos. cauſamque ſciſcitantes pro qua ſic ueniſſent. illi maliuolos appellabant: qui dudum honore et muneribus potiti ab eorum domino fuiſſent. nec munera neque hoſpitalitatem ioſeph memoria retinentes. preſumpſerunt in eum iniqua committere: et ſcyphum quo ille in conuiuio bibere congaudebat auferentes. iniuſta ſecum lucra portarent: amiciciamque ioſeph ſuumque periculum. ſi inuenirentur in fraude ſecundo loco ponentes. Minabanturque eis ſupplicium eſſe uenturum quia nec dominum latuerint. nec cum furto fugientes euaſerint: licet miniſterii famulum latuiſſent. Cognoſcetis igitur dicebant quid ignorantes de poculo paſſi fuerimus: ſcituri tamen repente uos eſſe puniendos. Hęc et his maiora in eos dicens famulus increpabat. Illi uero neſcientes factum. eius uerba irridebant. leuitatemque uerborum illius famuli mirabantur. quod talem cauſam preſumeret uiris inferre. qui dum precium in ſaccis ſuis inuentum nequaquam retinuiſſent. ſed quod geſtum fuerat nullo ſciente reuocaſſent: multo potius ab huius maleficii uoluntate recederent. Et quia rei perſcrutationem negatione iudicabant eſſe fideliorem. requirere famulum imperabant: et ſi quiſquam rapuiſſet eum repperiretur omnes eſſe puniendos. Nichil etenim

ſibi conſcii. habebant fiduciam: ut putabant omni periculo carituram. Illi uero inquiſitionem quidem fieri exigebant unius fore ſupplicium qui in furto fuiſſet inuentus. Et dum quererent. omneſque iam ceteros pertranſiſſent. ſecundum inquiſitionis modum ad beniamin nouiſſime peruenerunt. non ignorantes quod in illius ſacco poculum abſcondiſſent. ſed ſubtilem inquiſitionem ſe facere ſimulantes: alii ſiquidem de ſuo iam timore liberati de beniamin uidebantur eſſe ſolliciti. Confidebant tamen quod nec in illo poſſent maleficium inuenire. increpabantque eos qui fuerant perſecuti uelut eis multum preceſſuris impedimentum itineris attuliſſent: cum in luctu et gemitu omnes repente conuerſi ſunt. indumenta rumpentes fratremque ſuum flebant pro furti crimine puniendum: ſeque mentitos patri de ſalute beniamin. Creſcebat autem eis malum hoc eo quod iam credentes triſticiam deuitaſſe. rurſus fratris ſui malis inciderint: et paterne ſuper illos triſticie cauſam ſe fore dicentes. qui uim patri feciſſent ut eum cum eis una dirigeret. Equites uero ſumentes beniamin ducebant ad ioſeph: fratreſque pariter ſequebantur. Ille autem dum illum cerneret in cuſtodia poſitum. illos autem luctuoſo ſcemate laceratos. quid ait o maligni aut de mea clementia. aut de prudentia dei cogitantes. talia in peregrinum et benefactorem facere preſumpſiſtis? Illis autem in ſupplicium ſe tradentibus pro ſalute beniamin. et rurſus recordantibus dicentibusque beatiorem eſſe ioſeph qui ſiquidem mortuus eſſet autę triſticia liber exiſteret. ſi uero uiueret quia pro illo ſuper eos uindictam deus inferret: aſſerentibus autem ſe amaritudinem patriſque triſticiam quam pro illo hactenus habebat de beniamin ipſi ei rurſus adicere: ruben eos etiam inter hęc uehementius increpabat. Ioſeph uero dicente illos quidem a ſe abſolui. a quibus in nullo fuerat leſus. ſolamque ei ſufficere penam fratris. neque enim iuſtum eſſe illum dimitti propter eos qui in nullo deliquerant. neque illos cum fure puniendos. ſed etiam abeuntibus ſe prebere ſecuritatem. omnes quidem tenuit ſtupor: et dolore huiuſmodi paſſionis obmutuerunt. Iudas autem qui etiam patri perſuaſerat ut adoleſcentem dirigeret. et in aliis erat uir efficax: pro fratris ſalute ſe decreuit opponere. Licet crudelia inquit commiſerimus inte et ſupplicio digna. iuſtumque ſit omnes nos ſubiacere tormento. licet non ſit iniquitas omnium ſed unius iunioris: tamen deſperantibus de eius ſalute ſpes relicta eſt. nobis de tua benignitate. et euadendi nobis pollicente periculum: et nunc non ad nos reſpiciens nec mala facta conſiderans ſed ad

quam naturam conuersus. uirtutem potius exercere non iram. quia
alii cum fortitudine patuissent. non in maximis solummodo sed
etiam infortuniis sumentes uirtutem. Tu esto magnanimus neque
uincaris ab ira. ut eos perimas qui neque suam potuerunt
salutem sed a te eam sumere poposcerunt. Non enim modo eam
primitus nobis donas. sed dum frumentorum uenissemus ad emp-
tionem uelociter et opulentiam donasti ciborum. et nostris famili-
aribus uberrime deferenda prebuisti. que pre elim sustinen-
tes a peste famis eriperent. Ne despicias pereuntes egestate
rerum necessariarum. nec culpes qui uidentur deliquisse
et circa beneficium quod a te nobis splendidissime collatum
est. inuidie calamitate dampnati sunt. permaneat tua gratia alio
tamen data modo. Saluabis enim quos ob hoc etiam nutristi.
animasque quas fame laborare non passus es. amore tuis
muneribus liberabis. quatinus hoc ita mirabile sit et mag-
num. ut et animas nobis dones et prebeas indigentibus unde
possint permanere. Reor enim deum causam hanc preparasse. uir-
tutem tuam circa nos uolente cunctis ostendere. nosque in hac
erumpna constituisse ut iniquitatibus in te peccantium uide-
reris ignoscere. et non solis ob aliam causam indigentibus tue
clementie adminicula condonare. quamquam et hoc magnum
est. si bene fiat inopibus. in quibus principale tamen existat sal-
uare eos qui pro delicto in se debeant penas exsoluere. nam si
paruas lesiones dimittit delinquentibus. laudem attollit.
multis iracundiam cohibere in his. per quibus uita peccantium
fit obnoxia. diuine cognoscitur esse nature. Et ego quidem non
patrem scirem quomodo in amissione filiorum affligitur propter
ioseph mortem. nequaquam quicquam ad nos attinet salutis uer-
ba proferrem. nisi forsitan tuis moribus hoc donas quorum est
primum hos saluare qui tribulantur in huiusmodi. sed etiam pre-
beremus nos passuros quecumque uelles. Nunc autem non nostri
miseremur licet iuuenes simus. et non dum fruentes uite
bonis moriamur. sed de patre cogitantes et senectutem illius
miserantes. has tibi preces offerimus. et commendamus ani-
mas nostras. quas tibi nostra malignitas tradidit ad supplicia
perferenda. Nam neque ille malignus est. neque tales nos futu-
ros genuit. Sed cum sit benignus et ut experiatur talia non
sit iustum. etiam nunc nobis absentibus pro nobis suspectus
affligitur. Cum audierit autem perditos etiam causam
mortis amarissime sustinebit. et ob hoc multo citius uitam
suam derelinquet. ita ut eum conuersationis nostre turpitudo
corrumpat pessimumque faciat de presenti luce discessum. et
dum ad alios studeret nostra bona pandere. ut nostri actus neque

sentirentur efficiet. In hac igitur ratione constitutos licet nostra
mala commoueant iustitiam tuam. dona patri ut pro illius
misericordiam maiora possis facere. quam cogeris pro nostra malicia.
ne senectus eius in desolatione consistat. aut nostra perditione
deficiat. Vere patrum nomine hoc ei condonans. In hoc itaque
et tuum honorabis genitorem. et tibi quoque prestabis. cum
iam hac appellatione potiaris et mea sine passione serua-
beris a deo patre cunctorum. in quo per communionem huius nominis
pie agere comprobaberis. nostri patris habendo misericordiam. ne
fraudatus filiis aliquid patiatur. Tua sunt igitur que nobis
prebuit deus. habente utique potestatem et auferre et dare
nobisque ab eius gratia differente. Nam dum quilibet utrumque
habuerit potestatem. optimum est. ut hac in bonis utatur. et
potestatem que in malo est tamquam si non sit obliuiscatur.
quasi hoc solum concessum sit. ut de salute sit cogitandum.
Tu uero omnes nos saluabis ignoscendo fratri in quibus infeliciter
egit. Neque enim uita nobis est. hoc punito. quibus non licebit
ad patrem remeare defuncto. Supplicamus igitur te domine. ut si
decreueris fratrem nostrum occidi. cum eo nos punias pariter tamquam
delicti participes. Non enim patimur nos ipsos quasi pro
mortuo tribulatione afficere. sed tamquam similes eius mali-
cie existentes ita debemus interimi. Et quoniam iuuenis deli-
quit et non dum prudentia roboratus. et humanum erat
talibus ueniam tribui. tibi hoc relinquo. et ulterius uerba
proferre cessabo. ut siquidem nos condempnare uolueris.
ea que dicta non sunt. non uidebuntur nos ad tristiciam
deducere. Si uero absolueris illa etiam utique benignita-
tis conscientia reuoluens. non solummodo nos saluabis. sed etiam
uitam redonabis. propter quem potius iustiores appareamus.
quando plus nobis ipsis probaris de nostra salute sollicitus. si
autem culpam castigare mauis. me magis pro illo castigans
hunc patri remitte. si uero aliquem esse retinendum iudicas
seruum. ego utilitatibus tuis minister potior quanto aptior.
sicut uides ad utrasque passiones ex isto. Iudas itaque omnia
se sustinere pro fratris salute libenter habens. prostrauit semet
ipsum ante pedes ioseph. si quo modo eius iram flectere
potuisset. Prostrati sunt etiam fratres uniuersi flentes.
semetipsos pariter in manus beniamin necti tradentes. Ioseph
autem animi sui passionibus uictus et nequaquam ualens
ire tolerare figmentum. iussit quidem abire presentes. ut
fratribus se tantummodo demonstraret. Discedentibus autem om-
nibus. semetipsum fratribus indicauit dicens. Virtutem quidem
uestram atque fauorem circa fratrem nostrum ualde collaudo. et

meliores quam sperabam ex his que in me cogitastis inuenio. Hec autem omnia feci: experiri uolens amorem uestre fraternitatis. Naturaliter autem neque circa me malignos uos arbitror extitisse. sed dei uoluntate factum: quo et nunc bonorum adeptio. et in futuro si propitius nobis fuerit conferenda sit. Patris uero salutem inopinatam cognoscens. talesque uos circa fratrem inueniens. neque illorum que in me commisisse putamini ulterius recordabor. Cessabo namque et ab odio malignitatis quod super his habeam. et tanquam fuerint uoluntate dei completa. et in rebus presentibus michi uos fueritis occasio. gratiam michi habere profiteor: uosque ipsos uolo illorum obliuionem sumentes delectari magis in illo quod tamen inconsiderate fecistis. dum ad huius termini qualitatem causa peruenerit: quam confusionem grauiter ferre propter hec que putabamini deliquisse. Non ergo uideatur uos contristari. quod aduersus me malignam protulistis sententiam: nec penitentia uos eius afficiat. quando impleri non potuerunt que fuerant cogitata. Exultantes ergo in his que a deo sunt facta. ite hec nunciantes patri: ne etiam pro uestra consumptus sollicitudine splendorem mee felicitatis obscuret. si antequam ad meum ueniens uultum presentiumque rerum potitus. hac luce priuetur. Ipsum ergo uestrasque coniuges. liberosque et cognationem sumentes: huc migrate. Non enim absentes bonorum meorum oportet esse michi karissimos: insuper et fame annis quinque mansura. Hec cum dixisset ioseph: amplexus est fratres. Illi uero in lacrimis et leticia constituti super eo quod cogitauerant contra illum: potius uidebatur eis esse supplicium bona uoluntas fratris. Et tunc quidem erat neapolis. Rex autem audiens uenisse ad ioseph fratres. letatus eximie tanquam in propriis bonis affectus. prebenda eis uehicula tritici plena. aurumque simul et argentum portandum patri decreuit. Sumentesque illi dona regis et ampliora fratris. alia quidem patri ferenda. alia uero sibi singulis donata gaudebant: maioribusque muneribus donato beniamin exultantes abibant. Cum uero reuertentibus filiis. iacob de ioseph cognouisset. quia non solum euasisset mortem pro qua degebat in luctu. sed etiam uiueret clara felicitate. et cum rege totam egyptum sua prouidentia gubernaret: nichil quidem horum que ei nunciata fuerant incredibile iudicabat. cogitans de maximis operibus dei et ipsius equitate. Et licet medio tempore afflictione defecisset: repente tamen profectus est ad ioseph. Et cum uenisset ad puteum iuramenti. sacrificans ibi deo. metuensque ne propter felicitatem egypti. filiis amantibus habitationem prouincie. nequaquam ad chananeam eorum soboles reuersa teneret eam. sicut deus promiserat. et ne preter dei uoluntatem in egyptum eorum oriretur aduentus: super hoc autem formidans. ne prius a uita recederet quam ad ioseph faciem perueniret: astitit ei deus. et secundo eum nomine uocans. responditque quis esset. non est. inquit te iustum ignorare deum: qui semper presidio tuis maioribus fuit. et post eos etiam tibi. Nam cum te pater primatu priuasset. hoc tibi ego restitui. et meo fauore missus in mesopotamiam solus. et bonas nuptias adeptus es et filiorum multitudinem. pecuniarumque plenus ad patriam remeasti. permansitque tibi omne genus prouidentia mea salubre: et ioseph filium quem te perdidisse putabas ad maiorum bonorum adeptionem culmenque perduxi: et egypti dominum ut paululum a rege uideatur differre constitui. Adsum uero nunc dux tibi futurus in hac uia. uitamque tuam in manibus finiendam. ioseph esse nunciaturus: longumque secundum tuam sobolem in principatum et gloriam fore pronuncians. eamque in terra quam promisi constituendam. In hac ergo uisione confidens: prior in egyptum cum filiis et eorum omnibus properabat. Erant ergo omnes septuaginta. Nomina uero eorum significare michi non uidebatur. et precipue propter difficultatem eorum attamen eis qui non arbitrabantur nos de mesopotamia esse sed ex egypto. necessarium iudicaui nominum quoque ferre memoriam. iacob quidem filii erant duodecim: quorum ioseph iam prius abierat. Eorum autem qui post eum profecti sunt sobolem demonstrabo. Ruben itaque fuerunt filii quatuor. enoch. falech. esrom. carmi. Symeon autem sex habuit. lamuel. iamin. aoth. iachim. saher. saul. Leui uero filii tres fuerunt. gerson. caath. merari. Iude autem filii fuerunt tres. sylom. phares. zare. Duo autem nati de phares. esrom. et amor. Isachar autem quatuor habuit: tolas. fenas. iob. semrom. Tres autem zabulon duxit filios: serai. ilon. iachili. Hoc ergo genus de lia descendit: cum qua etiam ascenderat et filia eius dina. Sunt ergo isti omnes. triginta et tres. Rachelis autem filii fuerant duo. ioseph et beniamin. Quorum quidem fuerunt filii manasses et ephraim. beniamin autem decem: bolus. bechor. asa. belus. gera. naam. isar. notim. ophim. ared. Isti quatuordecim superioribus additi: fiunt numero septem et quadraginta. Et legitimum quidem iacob genus hoc fuit. De bala autem famula rachel. fuerunt. dan. et neptalim. que sequebantur filii quatuor enol. gunis. saris. et sillim. Dan autem unigenitum habuit filium us. His itaque additis supra illos quos supra diximus: quinquaginta quatuor numerus imple-

tur. Gad autem et aser nati sunt ex zelpha que fuit famula lie. Fueruntque filii gad quidem septem: zoforon. iauin. ianin. zabron. arim. rodin. arihel. Aser autem filia fuit ara. et masculi numero sex: quorum nomina sunt. iomnis. isus. iose. ubbares. abar. et melchel. Isti cum sint undecim. adiectus eis predictus quinquaginta quatuor numerus completur memoratus: reputato eis iacob. Cognoscens autem ioseph aduenire patrem. nam iudas fratribus precedens eius nuntiaverat aduentum. occursurus egressus est eique in ciuitate que uocatur heroum apparuit. Ille autem ex inopinata magnaque leticia pene ad defectum mortis usque peruenit. sed eum recreauit ioseph. licet nec ipse retinere potuerit. ut propter nimiam leticiam talia minime sustineret: non tamen qua pater passione deuictus est. Deinceps illum quidem cum quiete uenire iubens. ipse quinque fratrum suorum sumens pergebat ad regem: dicturus ei aduenisse cum genere suo iacob. Ille uero hoc letus audiuit. iussitque ioseph ut diceret ei quam uitam habere se delectarentur: ut eos diligere ita decerneret. Ille uero optimos eos pastores esse respondit. nichilque aliud preter hec solummodo uelle. et ut non separatim sed omnes pariter habitarent atque prudentiam facerent patris: quatinus et egyptiis gratus esset et nichil quod illorum esset istis imponeret. Egyptiis enim abhominabilis erat conuersatio pastoralis. Veniente uero iacob ad regem et salutante pariter et pro rege orante: pharao sciscitabatur quanto tempore iam uixisset. Illo uero centum triginta annorum se esse dicente: longinquitatem iacob uite miseratus est. Cum uero dixisset quod pauciores annos uixerit quam eius maiores: concessit ei ut cum filiis suis in helyopolitana urbe conuersaretur. Illic enim pascua etiam pastores eius habuerunt. Fames quoque egyptiis augebatur: et pestis eos potius inopes faciebat. cum neque fluuius irrigaret terram. Non enim crescebat ut mos erat neque pluebat deus: cum utique per ignorantiam futuri prouidere nequiuerunt. Ioseph autem ad pecunias dante frumenta: cum eis etiam hec deficerent de suis opibus et mancipiis triticum comparabant et quibuscumque esset pars aliqua: hoc pro pretio alimenti cedebant. Sic itaque rege omnium possessionum domino facto. alii alibi migrauerunt. quatinus regiones eorum fierent regi firma possessio: preter solummodo sacerdotum. His enim regio sua seruata est. Non solum quoque eorum corpora ad seruitutem pestis adduxit sed etiam mentes: ita ut de cetero ad turpem egestatem alimentorum uenire cogerentur. Imminuente uero fame et fluuio terras inundante fructusque habundanter ea referente: ioseph ad unamquamque ueniens ciuitatem. eique multitudine congregata. eandem terram quam ipsis cedentibus rex habere potuerat. solusque frui in toto redonabat. et uelut possessionis proprie laborem eos amare poscebat: quintam uero solummodo frugum partem regi soluturos preterea que illis dabat. Illos uero inopinate terre dominos constitutos leticia comprehendit: ob quam rem precepta sunt quoque constituta. Hoc quoque modo dignitas apud egyptios ioseph potior habebatur maiorque fauor ab eis regi collatus est. et ut quintam frugum partem persoluere deberent. etiam apud reges posteros lex ista permansit. Iacob autem septem et decem annos commoratus in egipto et langore confectus. presentibus ibi filiis cum optasset aliis quidem possessionem bonorum. et predixisset per prophetiam quemadmodum ex eorum generatione habituri essent posteri chananeam. quod etiam multis post temporibus est effectum: cumque ioseph magnis pecuniis pretulisset. quod malorum memoriam circa fratres non habuerat. sed benignus potius circa eos fuerit. et donauerit bonis innumeris. que nec benefactoribus soleant recompensari: precepit quoque filiis suis. ut ioseph natos ephraim et manassem in numerum suum acciperent. diuisuri cum eis chananeam: de quibus post hec loquemur. Poposcitque simul ut ei sepultura fieret in ebron. et mortuus est. cum uixisset omnes annos septem quadraginta simul et centum: in nullo maiorum suorum cultu diuine pietatis inferior. retributionemque promeruit: quam iustum erat ita benignum accipere. Ioseph concedente sibimet rege patris corpus in ebron reducens: multa largitate sepeliuit. Fratribus autem reuerti cum eo nolentibus cum eos terror haberet. ne illos patre mortuo castigaret propter nequitiam quam ei fecerant. nec ulterius circa eos mitis existeret: satis fecit eis ut nichil metuerent. neque talium deberent habere suspitionem multaque bona que secum detulerant donauit: nichilque quod circa eos benigne debuisset impendere dereliquit. Mortuus est autem et ipse cum uixisset annos .x. et .c. uirtute mirabilis et omnia ratione disponens: potestatemque suam humiliter agens que utique huiusmodi causa felicitatis ei fuit apud egyptios: et aliunde scilicet uenientes. et talem qualem dudum

dyrinus passo calumpniam. Mortui sunt etiam fratres eius feliciter in egypto conuiuentes: quorum corpora post uitam illorum reportantes eorum posteri in ebron sepelierunt. Ossa uero ioseph nouissime quando hebrei egressi sunt ex egypto. in chananeam reportauerunt. Sic enim eos coniurauerat ioseph. Horum igitur unusquisque qualiter se habuerit. quibusque laboribus optinuerint chananeam significabo: causamque narrabo primitus per qua egyptii deseruisse uideantur.

Egyptii siquidem delicati et desidiosis existentibus in labore. et aliis libidinibus subiectis: ualde etiam propter amorem lucri contigit. ut pessima circa hebreos inuidia eorum felicitatis afficerentur. Videntes enim israhelitarum crescere genus. et propter uirtutem et laborem ingenii diuiciarum affluentia et nobilitatis: ualde contra se augeri suspicantes: oblita bonorum propter longinquitatem temporum que meruerant per ioseph. regnoque translato ad aliam domum. crudeliter opprimentes israhelitas. studebant uarias inferre miserias. Fluuium namque per multas diriuationes eos diuidere: murosque ciuitatibus fabricare. et fossata circumducere. ut eas inundare fluuius non ualuisset. et pyramidas edificari precipiebant: ut nostrum hominum genus attererent. Omnes quoque artes efficientes. et in laboribus assueti quadringentorum annorum tempus in his miseriis expenderunt: eratque hec inter eos pugna. ut egyptii quidem uellent israhelitas in laboribus expendere: hi uero meliores semper eorum se preceptionibus exhiberent. Dum uero in his essent utrique rebus: causa qua potius studerent in exterminatione generis nostri. semper egyptiis huiusmodi fuit. Quidam sacrorum scriba cum sint experti de futuris dicere ueritatem. enunciauit regi pariendum quendam illo tempore inter israhelitas. qui humiliaret quidem egypti principatum. augeret autem suo incremento israhelitarum genus. uirtuteque transcenderet uniuersos: et gloriam in perpetuum memorabilem possideret: cuius consilio iussit. ut omne masculinum quod ex israhelitis nasceretur iactantes in fluuium consumerent. custodientes conceptus hebrearum: et partus earum obseruare precipiens egyptiis obstetricibus. Ab eis enim hoc officium iubebat impendi: quas propter cognationem credebat regis non transcendere iussionem. Eos autem qui contempnerent hoc preceptum. et saluare partum earum occulte presumerent: perimi cum sua generatione precepit. Hanc ergo illius tenebant crudeliter passionem. non tantum dolentes quod filiis priuarentur. aut qui dum parentes essent ad perditionem filiorum sibi nascentium ministrarent: sed etiam ex illa cogitatione qua eorum deleretur et genus. quando nati quidem eorum necabantur. Ipsi uero paulatim redigebantur ad nichilum: et illi quidem erant in illo malo iacentes. Contra uero dei uoluntatem nemo poterat preualere: nec si innumeris hoc artibus exercerent. Puer itaque quem predixerat ille sacer scriba latenter regia cautela nutritus est: et uerax in his que per eum facta sunt ille qui predixit inuentus est. Quod hoc modo gestum est. Amaramis unus hebreorum cum metueret per cuncta gente ne defectio in nutrienda iuuentute proueniret. et grauiter hoc ferret ne eius uxor pareret. dumque in hesitatione consisteret ad dei supplicationem conuersus est: rogans ut aliquam miserationem haberet hominum qui in nullo eius religionem preuaricasse uiderentur: daretque eis libertatem per quibus illo affligebantur in tempore. Deus autem misericordiam eius habens et ad supplicationem aures inclinans. astitit ei per somnium. et nequaquam eum desperare de futuris exhortabatur. pietatisque eorum se dicebat habere memoriam: et propter eam retributionem esse prebiturum. et dudum quidem eorum donasse maioribus. ut ex paucis magna fieret multitudo eorum. et abraham quidem solum de mesopotamia in chananeam uenisse factumque locupletem. et in alia dum uxor eius ad genus fuisset primitus sterilis: deinde eius uoluntate ad hoc habilis facta. genuisset filios et reliquisset hismaheli quidem et qui ex eo fuerant arabiam regionem. cethure autem filiis trogoditem ysaac uero chananeam. Qui dum meo pugnasset inquit auxilio: fortiter semper uicit. Iacob autem etiam cum tribulibus suis fuit ignotus: qui deinceps magnitudinem felicitatis cum qua uixit etiam suis posteris dereliquit. Quo cum septuaginta solummodo in egyptum ueniente: ultra sexcenta milia iam estis effecti. Hunc autem me utilitatis uestre. et uestre glorie prudentiam scito communiter habiturum. Is enim puer cuius generationem egyptii metuentes cuncta perdere decreuerunt. que ex israhelitico semine generantur tuus erit: et dispendet quidem eos qui eius interitum intendebant. nutriturque mirabiliter. hebreorum quidem genus ab egyptiorum necessitate liberabit: eritque eius memoria quantiscumque temporibus permanserint uniuersa apud homines non solum apud hebreos. sed etiam alienigenas gentes:

me utique talia prebente tibi et his qui de te nascituri sunt. Erit autem ei etiam frater huiusmodi. qui meum habeat sacerdotium: et ipse et qui de eo fuerint cuncto tempore procreati. Dum ergo hec illi visio fuisset ostensa surgens amaramis indicavit hoc iochabel coniugi sue. maiorque timor eis alloquio huius visionis instabat. Non enim de filio solummodo eis videbatur esse formido. sed etiam pre magnitudine future felicitatis. His tamen que prenunciata fuerant adeo fidem partus prebuit. mulieresque custodes latuit per conceptus sui silentium et eo quod non vehementer ei dolores institerint. Et tribus quidem mensibus. apud semet ipsos occulte nutrierunt infantem. Deinceps autem metuens amaramis. ne captus regis ire succumberet. et ipse cum puero deperiret. et dei providentiam excluderet: deliberavit potius hoc modo pueri consulere saluti. providentiamque latendi hanc esse iudicavit. Nam illud erat incertum cum periculum immineret non solum puero qui occulte nutriebatur sed etiam nutrienti: deumque iudicavit omnem habiturum cautelam. quatinus in nullo que promiserat esset mendax. Hec cogitantes vas rotundum ex vimine complicatum velut alveoli magnitudinem preparaverunt quod sufficeret. ut infans ibi spaciose iaceret: deinde unxerunt illud bitumine. Natura namque bituminis est: ut in viminalibus vasculis accessum possit aque coherere. Illic ergo mittentes infantem et circa fluvium ponentes eius salutem deo reliquerunt: et fluvius eum quidem suscipiens deportabat. Maria vero pueri soror matris iussione custodiebat: quo illud vasculum portaretur intendens. Tunc itaque deus ostendit humanam providentiam nichil esse. sed omnia quecumque vult ipse fieri optimum perfectum pervenit adipisci. nec prevalere quidem eos qui pro sua cautela alios quacumque dampnare nituntur interitu. multoque studio hoc implere conantur: cum inopinabiliter illi salventur. et penitus ex medio malorum inveniant periculorum ereptionem. dei solius voluntate. Tale ergo aliquid circa hunc infantem gestum: aperte dei virtute probatum est. Thermuth ergo erat filia regis. Hec dum luderet circa litus fluminis: portari illud vas a fluvio conspiciens precepit ut ad se ille alveus portaretur. Venientibus itaque qui ad hoc fuerant destinati cum alveo: videns infantem valde gavisa est. propter magnitudinem et speciem eius. Tanto enim studio deus circa moysen usus est: ut ab ipsis qui propter eius nativitatem decreverunt interimere omne genus hebreorum alimento et cura dignus haberetur. Iussitque mulierem adduci thermuthe regis filia: que daret infanti mamillam. Quo non accedente ad illius ubera sed evitante: et hoc in multis mulieribus faciente. maria assistens his que fiebant quasi videretur ei ex operibus invenit alias astare ait. Frustra o regina has mulieres ad nutrimentum infantis vocas. que nullam ad eum cognationem habent. Si vero quandam hebreorum mulierum adduci preceperis. puto tanquam contribule sue poterit ubera excipere. Cumque putaretur benedixisse: iussit hanc ire ut aliquam que lactare eum posset adduceret. Illa vero accepta huiusmodi potestate reversa est: agens matrem nulli cognitam. infansque grate quodammodo eius accessit ad ubera. Et supplicante regina commissum est ei cum omni diligentia pueri nutrimentum. Cui secundum eventum rerum nomen impositum

Cur dictus moyses.

est: eo quod de flumine sit salvatus. Aquam enim mos egyptii vocantes. ises vero salvatus: componentes itaque hoc ex ambobus: mosis ei nomen imposuerunt. id est ex aqua salvatus. Et erat indubitanter secundum dei proloquium. prudentie magnitudine et laboribus sapientium hebreorum nimium industrius. Huic ergo abraham pater septimus fuit. Erat enim iste filius amarami qui fuit de patre caad: qui natus est de levi. Levi vero de iacob: qui fuit ex ysaac filio abraham. Erat autem ei sapientia non pro etate concessa sed sua mensura multo superior. et seniorem imbuit rei facultatem in infantia demonstrabat: maioremque spem actio eius iam tunc acte viri perfecti gerebat: et cum extremus fuisset effectus. deus mirabiliter eius stature elevavit spacium. Nam quantum ad speciem nullus ita erat severus: ut mosen videns eius in pulchritudine non hereret: multisque contingebat dum eum conspicerent per plateam ferri. ut converterentur ad aspectum pueri: et ea in quibus videbantur studium habere desererent. delectati potius eius visione. Erat enim infantilis in eo multa gratia: et excellenter circa eum ac decenter existens retinebat inspicientes. Hunc ergo cum talis esset thermuth sibi filium adoptavit: dum sobolem legitimam non haberet. Et cum aliquando portasset mosen ad patrem. ostendebat eum quasi de successione non cogitaret: si voluntate dei

proprium filium non haberet dicebatque. Huiusmodi infantem forma diuinum et prudentia ualde fortissimum. mirabiliterque de fluminis gratia condonatum: quem meum decreui quidem filium esse. tui uero imperii successorem. Hec dicens posuit in manibus patris infantem. Ille uero sumens eum et ad pectus applicans pro amore: pro filie gratia imposuit ei diadema. Moyses autem conuoluens illud proiecit in terram quasi per infantiam: calcauitque suis pedibus quod regi ferri uidebatur augurium. Contemplatus autem ille sacer scriba. qui eius natiuitate predixerat ita futuram humiliationem principatus egypti. impetum fecit ut eum occideret: et terribiliter clamans ait. Hic est ille puer o rex: quem nobis occidendum deus ostendit ut de cetero timore careamus. Testimonium enim ostendit is quia tuum inuasurus est principatum. Isto namque perempto: egyptiis quidem eius timor tolletur: hebreis autem spes confidentieque qua propter eum habere creduntur auferetur. Quod cum dixisset rex preualebat eum abripere thermuth. cum etiam rex segnior esset ad eius necem: deo eum huiusmodi propter prudentiam salutis mosaice faciente. Alebatur itaque multa sollicitudine. et hebreis quidem in eo spes erat optima circa cuncta: suspitionem uero eius crementum generabat egyptiis. Et cum nullus esset certus. ut uel si occideret rex infantem et cognatum propter adoptionem. aut aliorum quilibet. quid amplius egyptia utilitati prodesset. quo iam non metuerent de prescientia futurorum: abstinebant omnes ab eius nece. Moyses itaque Quid sunt ibes
predicto modo natus atque nutritus. et transiens ad etatem perfectam. egyptiis formam sue uirtutis ostendit: et ad humiliationem quidem illorum augmentum uero hebreorum. factum est ut huiusmodi occasio proueniret. Ethyopes cum sint proximi egyptiis negotia sua in eorum portabant regionem. et referebant egyptiorum. Illi uero irati castra metati sunt uindicaturi contemptum. prelioque commisso deuicti: alii uero ceciderunt. alii uero turpiter domum reuertentes uix euadere potuerunt. Secuti sunt autem ethyopes. et arbitrati illos defecisse. presumptione sua omnem egypti prouinciam optinere posse existimauerunt: gustantesque eorum bona. ab eis se non abstinebant. Cumque uicinas partes ad ciuitatibus non presumerent repugnare: accesserunt usque ad memphis et mare. nulla scilicet ciuitate resistere preualente. His ergo malis obstricti: ad responsa et diuinationes se egyptii conuersi. Et deo eis prebente consilium. ut auxiliatore uterentur hebreo: iussit rex filie sue ut daret mosen ad ducem constituendum. Illa uero sacramentis prebitis ut nichil ei fieret mali. tradidit mosen pro magno quidem beneficio iudicans eius auxilium. et ad nichilans sacerdotes qui eum uelut morte predixerant occidendum: quasi nescientes quod aliquando utile eius foret auxilium. Moyses uero a thermuthe exoratus et pariter a rege: libenter suscepit hoc opus. Gaudebant ergo sacri utriusque gentis scribe: egyptiorum quidem tanquam et hostes suos illius uirtute deuincerent et mosen ipso dolo comprimerent: hebreorum autem tanquam hec eis occasio foret egyptios omnino diffugere: quo moses eorum dux esset. Ille uero antequam hostes agnoscerent eius inuasionem sumens ducebat exercitum: non per fluuium iter faciens sed per terram. Sapientie quoque sue mirabile fecit indicium. Nam cum terra sit ualde iter agentibus seua propter reptilium multitudinem que illic nascuntur: ita ut etiam que apud alios non sunt. sola illa nutriat terra uirtute atque malicia et aspectu solito differentia. quorum sunt aliqua etiam uolatilia. ut cum de terra nocere nequeant super uolando non prouidentes occidant. Moyses itaque pro cautela exercitus et itinere eorum innoxio. hoc mirabiliter adinuenit. Plectos enim ex papiro fecit in modum archarum: easque complens de ibibus secum portabant. Hoc autem animal serpentibus inimicum est. Fugiunt enim aduenientes eas: et cum se celare uoluerint uelut flatu ceruorum abrepte deuorantur. Ibes autem ualde sunt mansuete. et generi tantum serpentino feroces. Et de his quidem pretereo nunc scribere. non ignorantibus grecis quale sit genus ibis. Dum uero ad terram nutricem bestiarum uenisset: preter ea ut dixi naturam serpentium expugnabant. eisque uelut aduersus hostes utebantur. Hoc ergo modo iter agens antequam ethyopes cognoscerent superuenit. et congressus cum eis pugna deuicit: spemque quam habebant contra egyptios et eorum ciuitates abstulit. Ibatque subuertens omnia. et terram ethyopum maxima uirtute uastabat. Tunc pro felicitate moseos cum de labore suo gustasset egyptiorum exercitus fatigationem minime sentiebat: tanquam preter eum seruitutem et nouissimum subuersionis periculum. potuissent egyptii sustinere. Post hec autem insequentibus egyptiis cunctos ethyophas: in saba ciuitate regia ethyopie. quam postea cambises meroin denominauit a sororis sue nomine.

obsidebantur. Erat enim ualde inexpugnabilis locus
ille. cum et nilus circumdaret eam et circumcluderet.
et alia flumina astabus et astabusras. fluctus difficiles
obicerent eis qui illic transire temptarent. Ciuitas
enim interior existens habitatur ut insula ualde for
tissimo muro circumdata. et contra hostes quidem propo
sitos habet fluuios. fossata uero grandia inter muros et
flumina. quatinus inundari non possit ciuitas. aque
illic uiolentia deportata. Hec ergo res. etiam illa flumi
na transeuntibus difficilem faciebat ciuitatis inuasionem.
Cum uero grauiter ferret moses segnem exercitum.
quando hostis nequaquam ad manus euenire presume
ret. tunc aliquid tale peruenit. Tharbis filia regis ethi
opum dum mosen circa muros exercitum applicantem
fortiterque uideret pugnantem. eius efficaciam experien
tiamque mirata est. et desperantibus iam pridem egyptiis
libertatis auctorem eum extitisse. bono sue felicitatis
existimans. ethiopibus scilicet exultantibus in his que
contra eos gesserant. eumque tunc periculis inherere con
spiciens. in amorem eius est lapsa crudeliter. Et cum
passio preualeret. misit ad eum fidelissimos seruulo
rum ut ei de nuptiis loquerentur. Illo uero eius susci
piente sermonem ut traderet ciuitatem. prebitisque fe
deribus ut uxorem eam duceret. et ciuitatem optinens
nequaquam pacta transcenderet. effectus uerba pre
uenit. Et post necem ethyopum gratias agens deo moses
nuptias celebrauit. et egyptios in propriam terram reduxit.
Illi uero ex quibus saluabantur a mose ex his odium aduer
sus eum habebant. et feruentioribus apud se consiliis ute
bantur. arbitrantes non propter bonos actus eum in egyp
to ita creuisse. innotueruntque regi quid de facta cede
peruenerit. Ille siquidem apud se industriam uiri con
tinuit. inuidia uero ductus moseos. et oppressionis sue
formidine tractatus. compulsusque a sacris scribis niteba
tur in moseos nece grassari. Qui dum cognouisset eius
insidias latenter effugit. et itineribus obsessis per desertum
fugam suam expleuit. Dumque ei ciborum esset inopia. uiri
bus tolerantie preualebat. Veniensque ad ciuitatem ma
dian circa mare rubrum positam. cognomentum ha
bentem ab uno filiorum abraham de cethura progenito. se
densque super quendam puteum ex labore atque miseria quies
cebat. existente meridie non procul a ciuitate. quo ei actus
accessit huiusmodi. ex usu prouincialium cumulum uir

tutis ostendens. et occasionem ad meliora prebens. Nam
cum sint loca inaquosa. precedebant pastores ne forte
ex puteis aqua hauriretur ab aliis. et oues potu necessa
rio priuarentur. Astiterunt itaque tunc ad puteum uir
gines sorores. raguelis filie sacerdotis. qui multo hono
re apud prouinciales habebatur. que gregum patris
curam agentes. eo quod ministerium hoc etiam mu
lieribus sit regionum trogoditarum. sufficientem aquam
de puteo leuauerunt. expectantes ut greges suos
habundanti irrigatione satiarent. Superuenientibus uero
pastoribus et uirgines expellentibus ut aquam ipsi occu
parent. moses crudele iudicans puellas despicere in
iustitiam patientes. uiolentiamque uirorum sinere poti
orem quam iustitiam uirginum. illos quidem prohi
buit uiolentos esse. uirginibus autem oportunum pre
buit adiutorium. Que beneficio impetrato uenerunt
ad patrem. iniuriam pastorum narrantes. et solacium
sibi prebitum peregrini. rogabant ne eius benefac
tum esset uacuum. nec retributione debita priuaretur.
Ille autem et filias approbauit circa benefactorem ita
studentes. et mosen ad uultum suum iussit adduci.
iustissime gratie premia meriturum. Cumque uenisset
filiarum testimonium ei de suo solatio declarabat.
eiusque uirtutem admiratus. non fore eius auxilium.
sine boni recompensatione dicebat. sed idoneum se
ad reddendam gratiam. ita ut magnitudine recompensa
tionis mensuram possit transcendere benefacti.
Fecitque eum filium et unam filiarum ei dedit uxorem.
gregumque suorum in quibus omnis erat antiquis barba
ris possessio. eum uoluit habere curam atque dominium.
Et moses quidem dum hec impetrasset a gethegleth.
hoc enim cognomen erat ragueli. degebat ibi eius
pascendo greges. Post hec autem tempora dum pas
ceret in montem qui uocatur syna ducebat greges.
Qui mons est excelsus. et ad pasturas egregius. optimas
herbas habens. Hic enim dum esset opinio habitare
deum primitus nemo pascebat. quia pastores illuc
minime ambulare presumebant. quo tamen prodigium
ei mirabile nimis apparuit. Ignis namque depascens
rubi uiriditatem eius florem transiuit innoxius.
fructiferosque ramos nullo incendio disportauit. Cumque
flamma uehemens nimis esset. et uelocissima. ille
autem etiam ipsam uisionem inopinabilem form

datus obstupuit: et potius dum uocem ignis emitteret. et nomine eum uocaret uerbaque facere uideretur. Quibus etiam eius fiduciam presumentis accedere ad loca ubi nullus hominum primitus ambulasset. eo quod esset diuina redarguit: eique suasit ut procul ab igne recederet. et sufficerent ei que uiderat. Cum ergo esset bonus uir magnorumque uirorum proles nichilque amplius uindicaret: predicebat futuram ei gloriam et honorem apud homines deo presente. iussitque ut fiduciam haberet ex egypto. dux et princeps futurus multitudinis hebreorum: et cognatos proprios ab illorum iniuria liberaturus. Nam et terram habitabunt inquit hanc ualde felicem quam abraham uester habitauerat parens: omnibusque adepturi sunt bonis ad hec eos utique te tua sapientia deducente. Iussitque ut educens hebreos ex egypto. sacrificium gratiarum actionis ueniens ad loca illa celebraret. Hec ergo ex illo diuina uoce prolata sunt. Moses autem obstupescens in his que uiderat. multo potius que audierat: uirtuti inquit tue non credere domine quam et ipse colo. et ante maioribus meis apparuisse non dubito. uesanissimum secundum meam sapientiam esse puto. Veruntamen hesito animo. dum sim ignarus et nullius uirtutis idoneus. ut suadeam uerbis quatinus cognati relinquentes terram quam nunc habitant. me sequantur ad quam eos ipse deducam. uel si ipsis satis fiat: quomodo potero exigere pharaonem ut dimittat hebreos. quorum laboribus et opibus uirtus eius felicitatis augetur. Deus autem eum in omnibus confidere. seque ad esse promittens. et ubi quidem opus esset suasione uerba prebiturum. ubi autem opibus uirtutem ministraturum. iussit ut baculo in terram proiecto fieret serpens: quo signo crederet promissa se percepturum. Hoc dum fecisset: draco repebat conuolutus spiris ingentibus. et tanquam contra persequentes suum caput seuissimus insurgebat: qui deinceps factus est uirga. Post hoc uero mittere eum dexteram in sinum precepit. Vbi uidens quia candidam eam et uelut coloris niuei protulit: postea tamen ad solitum est reuersa. iussusque iterum aquam de proximo sumere eamque in terram proicere: uidit colore sanguineo factam. Mirantemque in his confidere precipiebat deus: et adiutorem sibi eum nosse maximum et signis his ad credendum. apud omnes usurum. dicebatque. Missus a me secundum mea mandata facies uniuersa. Iubeo ergo in nullo te tardantem ad egyptum festinare die noctuque laborantem: ne tua tarditas. maius tempus

faciat hebreos in seruitute consistere. Moses autem non diffidens in his que diuinitas promittebat. inspector utique talium inditiorum et auditor factus. orabat ut hanc uirtutem eodem modo experiretur in egypto: supplicabatque ne nominis sui noticiam deus ei celaret: ut dum uoci eius participatus fuisset pariter et aspectui. insuper agnosceret et uocabulum: quatinus sacrificans nominatim eum ad esse hostiis supplicaret. Et deus quidem ei suam significauit appellationem quam primitus homines nequaquam uidebantur audisse: de qua mihi non est dicendi fas. Moses itaque illa signa non tunc solummodo. sed semper et ubicumque contingeret faciebat. ex quibus omnibus plus maiorem uirtutem igni distribuens. deumque propicium et suffragatorem habere se credens. et domesticos se saluare sperabat: et egyptios malis afficere. Audiensque egyptiorum regem pharaonem fuisse defunctum. sub quo ipse diffugerat: petiit raguel ut eius permissu pro utilitate cognatorum iret in egyptum. Sumensque sephoram quam habebat uxorem filiam raguelis. et filios quos habebat ex ea gersum. et eleazarum: tetendit ad egyptum. Hominum uero horum gersus quidem hebrea lingua significat in terra peregrina: eleazarus autem qui adiutore patrio deo usus. egyptios effugisset. Cum enim uenisset iuxta montes. frater aaron deo iubente occurrit ei. Cui moses significauit que in monte contigerunt: pariter et diuina mandata. Procedentibus autem eis occurrebant nobiles hebreorum eius presentiam cognoscentes. Quibus moses quoniam uerbis suadere non poterat: signa sibimet ostensa monstrabat. Illi uero stupore eorum que inopinabiliter inspiciebant. omnino credebant: et ex omnibus erant in spe maxima constituti. deo scilicet eorum prouidente securitatem. Dum uero obedientes haberet hebreos moses promittentes se sequi quo iuberet libertatemque respicere: uenit ad regem illum qui nuper susceperat principatum. et in quocumque iuuerat olim egyptios ab ethyopibus compressos. cum fuisset eorum direpta prouincia declarauit: et quia milicia et laboribus magnis usus tanquam proprius post diuersa pericula non dignam retributionem accepit intimauit. pariter etiam que illi in syna monte contigerant. deique uoces et signa singula ab eo monstrata. propter fidem rerum decenter exposuit: rogauitque ne discredens in his impedimentum dei faceret uoluntati. Deridente uero rege. moyses opere fecit. ut conspiceret signa: que fuerant in

monte syna monstrata. Ille uero dedignatus. illum quidem malignissimum appellauit: et prius egyptiorum fugisse seruitium. et nunc per seductionem remeasse: et prodigiorum opus stuporemque factum. magicarum artium appetisse remedium. Cumque hec dixisset: iussit sacerdotes easdem quas ille faceret uisiones. tanquam egyptii etiam in hac disciplina sapientes existerent: et quasi non solus moyses peritus esset rerum quas ipse per deum posset explere. ut quod erat ualde mirabile si etiam ab alio fieret: ostenderetur quoniam humana doctrina constaret. Et ponentibus illis uirgas: dracones facti sunt. Moyses autem non expauit: sed ait. Hec ego quidem o rex egyptiorum despicio sapientiam: sed tanto hec meliora iudico. quam horum magica que arte sunt facta. quanto humanis diuina constat esse meliora. Ostendamus ergo non artibus magicis nec errore. sed subsistere ueritate que mea sunt: dei prouidentia et uirtute patefacta. Cumque hec dixisset: proiecit in terram uirgam iussitque ut in colubrum uerteretur. Illaque obediens etiam egyptiorum uirgas que uidebantur esse dracones deuorauit: insistens donec consumeret uniuersas. Quam in suo schemate redeuntem. sumpsit denuo moyses. Rex autem nichil maius in hoc actu uidisse simulauit: sed iratus in nullo eum dicens preferri sapientie egyptiorum atque integritati: iussit ei qui super hebreos uidebatur esse constitutus. ut nullam eis preberet requiem: sed maioribus quam prius eos malis affligeret. Ille uero cum prius eis paleas preberet ad lateres: nichil ulterius dedit. sed die quidem eos operibus faciebat affligi: nocte uero paleas congregare. Cumque eis dupplex hoc malum existeret et erumpna populum crudelior institisset. ille neque minis regis fatigatus est. neque increpationibus cessit hebreorum: sed animam suam constituit ad utraque ut et laboraret. et libertatem cognatis adquireret. Veniensque rursus ad regem suadebat ei ut dimitteret hebreos ad montem syna sacrificaturos deo. Hoc enim deum precepisse dicebat: et in nullo contradicendum iussionibus illius exorabat: deumque propicium fore cunctis si eos dimitteret egredi: ne prohibendo illos sibimet reportaret patiendum. quecumque patiuntur qui dei preceptionibus contradicunt. Quando enim iram in se commouerint diuinam. ex omnibus oboriuntur aduersa ex quibus utique neque terra neque aer suauis existet: nec soboles eorum naturali modo progredietur: sed inimica omnia et aduersa sentire egyptios edicebat: et hebreorum populum abire

ex illorum prouincia etiam illis nolentibus affirmabat. Rege uero moseos despiciente sermones. nullamque conuersionem sui ad talia faciente. passiones pessime quas singulas explanabo egyptios inuaserunt: ne prius flecterentur quam earum experimenta perciperent: simul et quia uellet deus moysen in nullo eorum que predixerat monstrari mendacem. et quia prodesset hominibus ut discerent obseruare. et facere ea in quibus non possit offendi diuinitas: ne ad iracundiam conuersus in eorum iniquitatibus ulciscatur. Fluuius enim eis sanguineus dei uoluntate profluxit. et qui bibi non posset cum fontem alium non haberent. et non colore solummodo sed etiam se contingentibus doloris amari gemitum inferebat. eratque talis egyptiis: hebreis autem dulcis et potabilis existebat. licet naturaliter uideretur esse mutatus. In hoc miraculo rex hesitans atque timens pro egyptios abire permisit hebreos. Cumque fuisset malum aliquo modo releuatum rursus sententiam permutauit: nec eos abire permisit. Deus autem illum contempnentem post calamitatis ablationem. et nolentem a sua malicia temperare: aliam egyptiis intulit plagam. Ranarum namque infinita multitudo eorum terram late depasta est: plenusque his erat etiam fluuius. et polluebatur eorum potus et animalibus ibi putrescentibus fetor cunctis noxius exalabat ex aqua: eratque cuncta regio huiusmodi malo plena. ebullientibus ranis et morientibus. que etiam domestica eorum habitacula ualde uexabant. dum in cibis sepius inuenirentur et poculis. et cubilibus eorum inambulantes: fetorque crudelis erat et abhominabilis. morientibus ranis ac putrescentibus. Dum his ergo malis egyptii. premerentur: iussit rex mosen tollentem hebreos abscedere. Cumque dixisset hoc: repente ranarum exterminata est multitudo. et terra simul et fluuius in suam reuersi naturam. Pharao uero mox ut passionibus terra priuata est. oblitus calamitatis illius retinuit rursus hebreos: et tanquam si plurimas experiri uellet. nequaquam dimisit mosen populumque discedere: quem prius timore potius quam prudenti animo abire decreuerat. Rursus ergo alterius mali percussione eius fallaciam diuinitas uulnerauit. Pediculorum namque innumera multitudo egyptiis pullulauit. ex interioribus ebulliens: ex quibus mali male consumebantur. neque lauachris. neque medicamentorum unguentis. genus eorum exterminare preualentes. Ob hanc ergo pestem egyptiorum rex turbatus. metuensque simul pestem populi sui. licet pateret [uel ut pateret]

Signa fiunt super egyptios.

uerecundiam ſe deuictum iri putaret habiturum· co—
gebatur tamen a malo temperare: hebreiſque conceſſit
egreſſionem. Cumque hoc iterum leuigaretur: filioſ et
uxoreſ obſideſ reuerſioniſ ſue relinquere ſanciebat.
Unde irritauit potiuſ deum. credenſ ſe eiuſ quoque pro—
uidentiam poſſe fallere: ſicut moſen. Sed illum latere
non potuit egyptum puniuentem propter hebreoſ. Beſtiiſ
namque multimodiſ et multigeniſ. quorum aſpectibus nul—
luſ occurrit eorum regionem primum impleuit: quibus
et ipſi conſumebantur. et terra agricolarum cultura
nudabatur. Siquiſ enim primarum paſſionum perditio
nem euaderet. hoc langore et interitu hominum talia
ſuſtinentium ſuccumbebat. Cumque pharao. neque ſic diuinis
iuſſionibus obediret. ſed uxoreſ quidem cum uiriſ abire
diceret. filioſ uero relinquendoſ poſtularet: non defuit
deo unde calliditatem eiuſ diuerſiſ maliſ et maioribus
denuo ſuperuenientibus caſtigaret. Crudeliter namque eorum
corpora uulnerabantur. interiuſ corrupta. Ita paſ—
ſim egyptiorum multitudo conſumebatur. Rege uero
neque hac plaga temperante: grando uehemenſ cum
neque priuſ in egypto aer aliquid tale pertulerit. neque
ſimiliſ apud eoſ hyemiſ tempore deſcenderit. maior—
que quam apud habitatoreſ boree partiſ et ſeptentri—
oniſ aeriſ rigore differtur effluxit: et fluctuſ eorum uſque—
quaque confregit. Deinde genuſ locuſtarum germen quod
non fuerat uexatum grandine deuorauit: ut eiſ genera
liter ſpeſ terrenorum fructuum deperiret. Sufficiebant
namque cuilibet ſine calliditate fructuum. etiam ea que
(ł cognitione)
predicta ſunt mala ad intellectum et cogitationem
utilitatiſ adducere. Pharao uero non tantum imprudenſ
quantum mali ſentienſ: deo tamen in cauſa contradi
cebat. Juſſitque moſen cum uxoribus ſuiſ hebreoſ abduce—
re: facultatem uero eiſ deſerere eorumque depopulandaſ
domuſ. Moſe uero non adquieſcente ita dimitti eoſ quoſ
oporteret deo ſacrificium de ſuiſ rebus offerre. cum propter
hanc cauſam multo tempore morarentur: tenebre
profundiſſime et partem luminiſ non habenteſ egyp—
tiiſ ſunt diffuſe. Pro quibus et uiſuſ eorum aeriſ craſſi—
tudine clauſi ſunt: eoſque mori mirabiliter compulerunt.
Metuebant enim ne caligine ſimul conſumerentur.
Deinde hiſ diſcuſſiſ. poſt treſ dieſ totidemque nocteſ. dum
nullatenuſ penitentiam ageret pharao propter egreſſum
hebreorum: accedenſ ad eum moſeſ ait. Quouſque inobe—

dienſ eriſ uoluntati dei? Jube dimitti hebreoſ. Non
enim poteriſ aliter ab hiſ eripi maliſ: niſi hec uolueriſ
implere. Rex autem iratuſ in hiſ que fuerant dicta:
minatuſ eſt eiuſ ſe caput auferre. ſi ad eum ob hanc im
portunitatem denuo remearet. Tunc moſeſ nequaquam
ſe de hiſ uerba facturum dixit: ſed illum ipſum cum
proceribus egyptiorum deprecaturum fore. ut hebrei diſce
derent. Et ille quidem cum hec dixiſſet: abſceſſit. Deus
autem oſtendenſ adhuc una plaga feriendoſ
egyptioſ ut dimitterent hebreoſ. iuſſit moſen preci
pere populo. ut ſacrificium haberent. eſſentque preſtruc
ti decima die xanthici menſiſ. qui apud egyptioſ quidem
parmuthi. apud hebreoſ autem niſan uocatur. ma
cedoneſ uero xanticum eum appellant: et egreſſuroſ
hebreoſ. omniaque portatiuoſ aſſeruit. Et ille quidem
preparatoſ iam ad egreſſionem hebreoſ. et per tribus con
ſtitutoſ ibidem retinebat. Cum autem inſtaret quarta
decima dieſ: omneſ ad egreſſionem tendenteſ. et im
molanteſ ſanguinem. domuſ per faſ yſopi frondibus e
mundabant. Cumque cenaſſent: reliquiaſ carnium
egreſſuri concremauerunt: quod ſignificat tranſ
cenſionem. eo quod illa die deus tranſcendere eoſ peſtem
uoluit: que ſcilicet egyptioſ uaſtauit. Morſ enim
primogenitorum ita egyptiiſ facta eſt: ut plurimi procerum
congregati circa regalia pharaoni perſuaderent: quatinus
hebreoſ ſub uelocitate abire dimitteret. Qui uocatum
moſen abire precepit: arbitratuſ ut ſi de prouincia rece
derent: egyptuſ ab imminenti caſtigatione ceſſaret.
Mulereſ quoque muneribus hebreoſ honorabant. alie
quidem ut citiuſ egrederentur: alie uero propter uici
nitatiſ eorum conſuetudinem. Et illi quidem egredieban
tur flentibus et penitentiam agentibus egyptiiſ: eo quod
eiſ fuerint ſic crudeleſ. Tendebantque ad ciuitatem nomine
litiſ que tunc erat deſerta: ubi babylon poſtea fabri
cata eſt. dum cambyſeſ egyptum deuaſtaſſet. Celeriterque
agenteſ iter ad locum beelzephon tertia die ad rubrum
mare uenerunt. Et cum propter deſertum rurſum nichil
de terra poſſint habere ciborum: fermentata farina azimis
panibus ex modico tantummodo tempore coagulatiſ ueſce
bantur: hiſque triginta ſunt uſi diebus. Longiori enim
tempore eiſ non ſuffecerunt que tulerant ex egypto:
cum etiam iſ cibuſ ſub neceſſitate cuſtodiretur nec ad
ſacietatem eodem uterentur. Unde ad memoriam

illius inopie festiuitatem octo dierum agimus: que dr̄
azimorum. Omnis itaq; multitudo mulierum pariter
& infantium egressorum. considerantibȝ innumerabilis
erat. Qui uero etatem habebant aptam ad expeditum
sexcenta milia fuerunt. reliqueruntq; egyptū mense
xantico. luna. xv. post annos. xxx. & cccc. scilicet anteq̄
pater nr̄ abraham uenisset in chananeam: post iacob
autē aduentum in egyptum. anno. cc. & v. Moses autē
erat quidem anno. lxxx^mo^: frater autē eius aaron. tribus
annis maior exstabat. Portabantq; etiam ossa ioseph:
dum hec ille suos filios facere precepisset. Porro cum
egyptios hebreorum peniteret egressus. rexq; grauit̄ ferret
tanquam beneficiis moseos signa illa facta fuissent: de-
liberauerunt sup eos irruere. Et sumentes arma ꝑseque-
bantur tanq̄m reuocaturi eos ubicumq; cōprehendissent:
nec eos ulterius deo cōmitterent seq; preualere contra eos
facillime iudicabant. cum & inermes eēnt illi & itin-
nere fatigati. Et singulis occurrentibȝ ac requirentibȝ q̊
abirent. ꝑsequi cum studio festinabant: licet molesta
sit illa terra iter agentibȝ. non solum expeditis. sȝ etiam
singulariter ambulantibȝ. Moses autem ꝑ ea loca ꝓuide
ducebat hebreos. ut siquidem peniteret egyptios & ꝑ-
sequi uellent eos: supplicium malicie sue & transgres-
sionis indubitant̄ exsoluerent. Per palestinam ů grauit̄
ferebat transire. ꝓpter antiquam molestiam: uolebatq;
quolibet m̊ latere ꝑgens. Confinis enim hec. ē. egyp-
tiorum ꝓuincie: & ꝓpterea uia quidem ducente ad palesti-
nam ꝓplm̄ non eduxit. Per desertum ů multum agens
iter: malaq; ꝑpessus innumera ad chananeam studuit
ꝑuenire: insup & ꝓpter mandata dei iubentis adduci
poplm̄ ad montē syna. illic sacrificium oblaturos. Ap-
prehensis g̊ hebreis. egyptii ad prelium parabantur:
& multa uirtute ꝑsequuti concluserant eos in paruulū
locum. Sexcenti enim currus ꝑsequebantur eos: & eq̄-
tes quinquaginta milia. & ducenta milia pariter ar-
matorum. Et itinera quidem dampnauerunt quibȝ he-
breos fugere iudicabant: int̄ rupes intransgressibiles
eos & mare claudentes. ubi terminatur mons exaspe-
ritate uiarum nimis īmensus: ut fugam eis ad campe-
stria denegarent. Non itaq; tolerantes obsessionis mo-
dum hebrei ꝓpter egestatem necessariorum: neq; fuge
facultatem habentes armisq; priuati. qui licet si pug-
nare uellent eis spes omnium rerum amissa uideret̄.

nisi semetipsos traderent uoluntati egyptiorum. His ita
factis: mosen in omnibȝ culpabant. Oblitiq; signorum
que eis fuerant adeo ꝓ sua libertate monstrata. usq; ad
hoc uenerunt: ut etiam ꝓpham qui eis salutem ꝓmise-
rat. sua ꝓ incredulitate lapidibȝ niterentur obruere. siue
tradere cogitarent. Eratq; luctus & gemitus mulierum
& infantium. ante oculos habentium mortem: montibȝ
q; se & mare claudentibȝ simul & hostibȝ. & fugam nul-
latenus ex istis inuenientibȝ. Moyses autem licet in eū
eēt exasperata multitudo: ipse tamen non cessabat
circa ꝓuidentiam eorum. sȝ hec omnia iactabat in deum.
qui eis iam etiam alia que predixerat ꝑ eorum libertate
contulerat: & neq; in hoc eis relinquendos inimicis eē di-
cebat. neq; seruituros neq; ꝑituros. Stansq; in medio ait.
Hec hominibȝ quidem bene conuersantibȝ circa nos:
iustum erat non credere: de dei uos uero ꝓuidentia de-
spare opus non. ē. immensa utiq; eo quod uobis omīa
ꝓuenerunt. quecūq; ꝑ me ad salutem & libertatem
seruitutis ūre neq; sꝑantibȝ eum ꝓmisit: cum potius
in hesitationem sicut putatis uenientes oporteret nos
dei adiutorium sustinere. cuius opus erit iam etiam
nunc in tali nos difficultate conclusos. ex desꝑatione sic̄
uos creditis habituros salutem & ex hostibȝ libertatem:
qui fortitudinem utiq; suam ostensurus. & circa nos
ex ꝓuidentia. ē. facturus. Non enim in paruis auxiliū
sui fauoris diuinitas solet accōmodare: sȝ potius in q̊bȝ
humanam spem ad meliora non uidet ascēdere. Unde
tali auxiliatori credentes cui uirtus. ē. etiam parua gran-
dia facere. & cunctarum infirmitatem rerum suo numi-
nine roborare. nolite egyptiorum arma metuere: nec q̊a
mare & posteri montes uiam fuge ꝓhibent ꝓpterea
salutis spacia desperare. Fient enim uob̄ hec quasi cāpi.
dei ꝓuidentia: & pugna conuertetur in terram. Cūq;
hec dixisset ducebat eos ad mare: egyptiis intuentibȝ.
Erant enim e diuerso positi. & labore ꝑsecutionis
red affecti: & ideo in crastinum differre prelium utile
fore credebant. Dum uero moses uenisset ad litus
sumens uirgam rogabat deum: & auxiliatorem atq;
adiutorem inuocabat dicens. Neq; tu quidem ignoras
quod effugere nob̄ mala ꝑsentia nec fortitudine nec au-
xilio licet humano: sȝ tu prebe aliquid salutare exerci-
tui. tua uoluntate egyptum relinquenti. Tuum est
enim nunc eripere. Hunc enim omni spe & consilio de-

solaci. ad tua solius subsidia conuolamus. et quicquid ex tua prudentia nobis accesserit quod nos ab egyptiorum ira liberare nunc possit inspiciamus. uelociterque nobis tuam ostende uirtutem: et populum desperatione ruentem impetus ad securitatem dignare et ad fiduciam pietatis erigere. Non enim ingratiis sumus. Sed tuum est quidem mare tuus et mons est qui nos circumdat: ita ut et hic aperiri te precipiente. et pelagus conuerti possit in terram. Valemus enim effugere etiam per desertum: si tibi placeat uirtuti hac etiam nos parte saluare. Talia siquidem cum orasset. percussit uirga mare. quod repente percussione incisum et in se ipsum diuisum terram reliquit nudam: ut hebreis uia esset in fuga. Moyses autem uidens ad destinationem dei pelagus cessisse eis propriam terram primus illic intrauit: et hebreos diuino itinere facto. periculum presentium hostium fugere [l. sequi] precepit. Qui delectabantur in hoc: agebantque gratias propter salutem que per eum ultra modum rationis accesserat. Quos iam nequaquam tardantes. sed cum festinatione pergentes. uelut sibi presente deo egyptii intuentes: uesanos quidem primitus iudicabant. et tanquam ad internitionem manifeste mortis intentos. Cum uero uiderent eos illesos abire. nullumque impedimentum eis nec difficultatis aliquid obuiari: ipsi qui eos aggressi sunt. tanquam et illis pelagus ita quietum existeret. Preordinantes ergo equos ingrediebantur mare. Hebrei uero illis se armantibus atque tardantibus ad terram contra positam peruenerunt: sine aliqua passione illos effugientes. Qua propter illi audaciores effecti. persequebantur tanquam nec ipsi aliquid essent passuri: cum nescirent hebreis proprie factam. et non esse communem uiam. que utique pro salute periculum patientium fuisset ostensa: et non propter illos qui ad perditionem illorum accedere festinabant. Dum ergo egyptiorum omnis exercitus intrasset. mare rursus effusum est. et descendens uentorum procella omnes comprehendit egyptios. imbresque simul e celo pariter descendentes atque tonitrua ualde grauissima. choruscationesque ire lampantes [l. irruentes]. quin que fuit rerum euenientium pro iram dei ad persequendum eos nimie tunc accessit: et nox eos caliginosa et fluctuosa apprehendit. Et isti quidem ita sunt perditi ut nemo egyptiorum relinqueretur ipsorum: hebrei uero neque se retinere poterant gaudio inopinabili sue salutis. et hostium perditione firmissime liberati. quando defecerunt qui eos seruire cogebant: deumque sic aperte suum adiutorem inspiciebant. Et illi quidem ita periculum effugientes. insuper et inimicos punitos sic esse respicientes. ut nulli umquam priorum hominum possent reminisci: ymnum tota nocte dixerunt. Moyses autem canticum in deum et laudem gratiarum actionem propiciationis eius exametro composuit. Ego siquidem inueni in sacris libris ita hec singula. queque ut tradidi. Nullus uero discredat uerbi miraculum. si antiquis hominibus et malicia priuatis uia salutis licet per mare sit facta. siue uoluntate dei. siue sponte reuelata: dum et eis qui cum alexandro rege macedonie fuerunt olim et antiquitus contra resistentes pamphilium mare diuisum sit. Et cum aliud non esset iter: transitum prebuit eis: uolente deo per eum destruere persarum principatum. Et hoc confitentur omnes: qui actus alexandri conscripserunt. De his itaque sicut placuerit cuilibet existimet. Postea uero armis egyptiorum per fluctus et uiolentia uentorum allatis exercitibus hebreorum: moyses hoc arbitratus dei permissione factum. cum exeunt colligens hec et his hebreos muniens. duxit per desertum illuc imolaturos deo. ut pro salute multitudinis hebreorum dictum fuerat. munera redditurosque in pace. Explicit liber .II.

Incipit capitula libri .III.

Hec sunt in libro tertio iosephi hystoriarum iudaice antiquitatis .I. Quomodo moyses populum ex egypto sumens deduxit ad montem syna: multo itinere fatigatum .II. Quomodo pugnantes cum hebreis amalechite. et qui circa eos erant deuicti sunt: et israhelite predam hostium perceperunt. .III. Quia socerum suum gethorum moyses ad se uenientem ad montem syna libenter excepit .IIII. Quomodo persuasit ei ut distribueret populum per millenarios et centenarios: qui prius inordinatus erat. .V. Quomodo hec singula fecit moyses socero suo commonente. .VI. Quomodo ascendens moyses in syna montem. acceptas a deo leges hebreis dedit. .VII. De tabernaculo quod fecit moyses in deserto ad honorem dei ut templum esse uideretur. .VIII. Que sunt uestimenta sacerdotum et pontificis et que purificationes. et quemadmodum de festiuitatibus et singulis diebus fuerit constitutum. .IX. Quomodo moyses exinde duxit populum ad fines chananeorum. et exploratores qui considerarent eorum regiones et ciuitatum magnitudines destinauit. .X. Quomodo his qui missi fuerant post quadraginta dies reuersis. et dicentibus quod ipsi imbelles essent. et chananeorum extollentibus uirtutem. multitudo

turbata ſit. et ad deſperationem ueniens impetum fecit ut paulatim moſen deſereret: et iterum in egyptum ueniret. et ſeruitutem ſuſtineret. xi. Quomodo in hoc moſes furens deum eis iratum. et quadraginta annis eos in deſerto moraturos eſſe predixit. et neque in egyptum reuerſuros.

Incipit liber tertius.

Igitur inopinabiliter hebreos tali ſalute donatos grauiter iterum contriſtabant. dum ſyna ducerentur in montem eratque regio ualde deſerta et neceſſariis alimentis egena. et aqua difficilis. que non ſolum ut preberet aliquid hominibus indigebat indigentibus: ſed etiam nec aliqua animalia ut aleret erat idonea. Eſt enim ſterilis: nullusque fructus nouus ex ea ualet oriri. Per huiuſmodi ſiquidem regionem neceſſarie properabant: quando unde irent ad aliam non habebant. Portabatur autem et aqua ex locis iam tranſactis duce iubente: et ea expenſa ad effodiendos puteos cum labore propter terre duriciam accedebant: et cum inueniretur erat non potabilis: ſed amara ſimul et parua. Hoc itaque modo facientes iter circa meridiana: ueſpere uenerunt ad locum. quem propter aque maliciam mar nominauerunt. Amaritudo enim hebraica lingua ſic dicitur. Ibique fatigati itineris uiolentia indigentiaque ciborum qui eis defecerant omnino manſerunt. Erat enim illic puteus ualde dirus qui nec ſufficere quidem tanto exercitui poterat: paruam tamen eis conſolationem prebebat: quod in illis fuiſſet locis inuentus. Audierant enim ab exploratoribus: quia nichil ambulantes ulterius inuenirent. Illa ſiquidem aqua amara grauiter non ſolum hominibus. ſed etiam ſubiugalibus exiſtebat. Videns itaque moſes populum in anguſtia conſtitutum. et ſimul cauſam cui reſultari non poterat. neque enim inimicus aderat hoſtis. quatinus uim inferenti neceſſitate potuiſſet et fortitudine reſiſtere. ſed dum iſto modo eorum deficeret uirtus. infantiumque et mulierum multitudo debiliorum: nichilque prodeſſet doctrina uerborum: calamitatem omnium ſuam moſes propriam faciebat. In unum denique concurrebant mulieres quidem pro paruulis. uiri autem per ſemet ipſis ne eorum utilitatem ſperneret: ſed eorum ſaluti quocumque ordine prouideret. Ad hoc ergo conuerſus eſt. ut deum ſolummodo ſupplicaret. quo aquam ex malicia preſenti conuerteret: eamque illis potabilem condonaret. Et concedente deo tantam gratiam: ſumens ſummitatem uirge quam in preſenti gerebat. diuiſit per medium. Et in longitudine ipſam inciſionem faciens deinceps iactauit in puteum. ſatiſfaciens hebreis eo quod eius orationes audiſſet et promiſiſſet aquam ſe eis qualem concupierant prebiturum: ſi tamen iuſſis eius non ſegniter ſed promptiſſime miniſtrarent. Illis uero dicentibus quicquid uellet ſe facturos ſi aqua conuerteretur in melius: iuſſit eos qui in iuuentute ualebant haurire dicens. quod prius effuſa plurima. que ultima remaneret aqua poſſet eis eſſe potabilis. Illi quidem laudauerunt dictum: aqua uero frequentibus contuſionibus exercitata purgataque eſt. facta potabilis. Hinc itaque caſtra metati uenerunt in helim: que procul quidem bona uidebatur aſpectu. habebat enim palmarum arbores. de proximo autem maligna comprobabatur. Nam palme ille .lxx. non amplius erant increſcibiles. nec multum eminentes a terra propter inopiam aque. quia dum eſſet locus omnis harenoſus neque eis ex duodecim fontibus humectatio quedam. aut ad hauriendum ſpes utilis habebatur: ſed dum germinare non poſſent. ſteriles erant indubitanter et pauce. Cumque per harenam diſcurrerent. nichil eis penitus occurrebat. uel ſi paucum aque manibus ſumerent in uitalo inueniebant atque cenoſum. Fructum uero ferre erant ille arbores nimis inualide: propter aque ut dixi ſterilitatem. Pro hac ergo cauſa culpabant ducem. clamabantque ſuam ei miſeriam: experimentumque malorum per eum ſe pati dicebant. triginta dierum ambulantes uiam. Quecumque enim portabant cuncta conſumpſerant: et nichil penitus inuenientes erant in rerum deſperatione cunctarum. In preſenti namque malo habentes animum. et non recordantes quanta eis fuiſſent a deo et moſeos uirtute ſapientiaque collata: iraſcebantur aduerſus ducem. et lapidare eum ſimul aggreſſi ſunt: quaſi ipſe cauſa tante calamitatis exiſteret. Ille uero ita multitudine prouocante et contra eum amare commota. de deo confidens et conſcientia pura. prudentie ſue quam gerebat contra contribules ſuos: ſemetipſum dedit in medium. Et cum clamantibus atque lapides manus habentibus. cum eſſet ille aſpectu gratiſſimus et ad loquendum multitudini ſuaſibilis. mitigare cepit iras eorum. neque eos preſentium malorum recordantes obliuionem priorum beneficiorum habere poſcebat: nec quia nunc laborarent ideo deberent perpetua dei munera donaque contempnere. quorum iam magna et inopinabilia meruiſſent. ſed ſperare

potius etiam de presenti anxietate se dei providentia liberandos: qui eorum virtutem probare vellet si haberent tolerantiam. & animo bona precedentia retinerent. quia si non ad illa bona propter presentia mala respicerent. exercerentur in malis & arguerentur non esse boni. neque circa patientiam neque circa beneficiorum priscorum memoriam: cum ita deum eiusque voluntatem contempnerent per quam egyptum reliquissent. & ita circa eundem ministrum eius affecti esse viderentur: cum eis utique fuisset in nullo mentitus: de quibus dicendum aut faciendum dei mandatum haberet. Enumerabat ergo omnia quemadmodum perempti fuissent egyptii qui eos contra domini vel compresserant voluntatem. & quemadmodum idem fluvius illis quidem sanguineus esset. ipsis vero potabilis atque dulcis. & quomodo per mare non longius fugientes. novam viam aggressi ipsi quidem ex illo salvati sunt. inimici autem eorum profundo absorti: & quia dum arma non haberent. etiam hoc eis deus habunde prebuerit: & ad alia quecumque ad perdendos inimicos & istos salvandos necessaria fuissent. eis ultra spem virtutis sue more contulerit. Non ergo debetis inquit etiam in presenti de eius providentia desperare: sed sine iracundia sustinere & cogitare eius auxilium non quidem tardum esse sed ideo nunc differre. ut hac vos difficultate probet utique credentes dominum non per defectum esse segnem. sed per experimento virtutis vestre & desiderio libertatis. ut cognoscat utrum & ciborum inopiam & sterilitatem aque pro eo fortiter ferre possitis: an servire potius eligatis sicut iumenta dominantibus sibi. & eis qui propter ministerium suum hec pinguissime nutrire consueverunt. Adiciens super hec dicebat non se tantum de sua salute metuere. quando utique nichil mali pateretur si moreretur iniuste: sed potius pro illis cogitare ne per lapides quos mitterent super eum. deum condempnare iudicarentur. Sic itaque mitigavit illos. & ab impetu quidem lapidationis abstinere fecit. ad penitentiam vero a sceleris actione convertit: dicens eos non hoc rationabiliter sed necessitate fecisse: cogitavitque oportere. ut ad divinam supplicationem precesque veniret. Et ascendens in quendam scopulum deposcebat ut questum aliquem deus tribueret populo suo: & eos ab inopia liberaret. In ipso enim salutem suam esse & malo nullo utique concederet veniam his que in presenti fuerant necessitate populi gesta: cum generi hominum res future provenientes & difficile placeant.

& eis accusatio sit amica. Deus autem provisurum se compromisit: ut occasio eorum desideriis preberetur. Moses vero a deo hec audiens: descendit ad plebem. Illi vero cum viderent promissionibus letum: a mesticia ad hylaritatem conversi sunt. Stetitque in medio ille. venisse se dicens a deo: & portans eis pro hesitationibus presentibus libertatem. Et post paululum ortigiarum multitudo quas precipue nutrit sinus arabicus. transcenso medio mari super volavit: & post laborem volatus quasi ad terrenam requiem descendit inter hebreos. Illi vero tanquam alimentum sibi a deo collatum comprehenderunt eas. Tunc moses ad orationes dei repente conversus est: qui promissionis sue complevit auxilium. Mox autem post occasionem cibi prioris. etiam secundum eis deus emisit. Extendente namque mose manus ad orationem ros descendit ex aere. Cumque fuisset manibus eius inlinitum: moses arbitratus est. etiam hoc ad cibum eorum a deo fuisse collatum. gustavitque letus effectus: ignorante multitudine & ymbrem esse credente & temporis esse pluviarum. quod agebatur. Ille docebat eos quod non secundum illorum opinionem ros de celo descenderet: sed ad salutem eorum cibus venisset. Et cum gustaret: fidem credendi prebebat eis. Illi vero imitantes ducem: delectabantur in cibo. Mellis enim dulcedinem & delectationem habebat valde suavem. Simile autem erat aromatibus precipuis: & magnitudo eius seminis coriandri. Festinabantque singuli colligere vehementer: quibus precipiebatur ut omnes ex equo per dies singulos assari mensura colligerent: nec esset relinquendus ille cibus in crastinum. Hocque fiebat ne debilibus colligendi difficultas existeret virtute valentium: & ex hoc ad neces accederent. Qui tamen si plus a precepta mensura collegissent. nichil amplius quam labores habebant. cum maius nichil illic quam assarium inveniret: & que remaneret in crastinum nulle utilitati proficeret. quando vermes illud & amaritudo consumeret. Sic ergo erat cibus ille divinus & inopinabilis: & huiusmodi ultio fiebat ipsarum rerum privationem servantibus. Hactenus autem sic rigatur imbribus locus ille: sicut etiam tunc mosi prestandum divinitas misit hunc cibum. Vocant autem hebrei eum cibum: manna. Manna itaque interrogatio est. in nostra lingua dicentis. quid hoc est: illi siquidem gaudium in his que illis fuerant celitus missa celebrabant. Quo cibo quadraginta annis usi sunt: quinto tempore

in deserto fuerunt. Cum vero inde migrassent venerunt in rafidim: pati novissimas per intolerabili siti miserias. Nam cum precedentibus diebus paucam aque difficultatem habuissent: tunc omnino comperientes terram inaquosam in malis erant: rursusque irascebantur in ducem. Ille vero paululum multitudinis impetum devitans: ad deum convertebatur ad preces: rogans ut sicut cibum eis indigentibus prebuit. sic etiam potum daret. cum competeret apud eos etiam cibi gratia. non existente poti. Qui donum non diu distulit: sed mosi prebiturum se etiam aque multitudinem unde non possit sperare permisit. Iussit itaque ut virga percuteret petram que ibidem erat apposita: et ex ea sumeret habundantiam rerum quibus egerent. Curabat enim: ut neque cum labore potus eis adesset. Hec ergo moses a deo sumens: veniebat ad populum sustinentem et in eo conspicientem. Viderant namque iam eum de monte descendere. Cum vero venisset. liberaturum eos etiam de hac necessitate dicens dominum. donatamque salutem non speratam et de petra eis fluvium manare permissum. Quibus obstupescentibus hunc auditum. si eis siti et itinere fatigatis. necessitas ad hec fieret ut petram incideret moses virga percussit petram: eaque scissa. aqua manavit copiosa. et valde perspicua. Illi vero: inopinabile factum mirati sunt. Quod cum viderent: iam eis etiam sitis ipsa cupiditas est. ablata. bibentibusque dulcis et suavissimus erat potus: et quale donum esse deo donante videretur. Tunc ergo mosen mirati sunt. qui a deo sic fuerat honoratus: et sacrificia pro dei providentia sibimet collata impendebant. Declarat autem scriptura in templo reposita. quod deus predixerit mosi aquam hoc modo de petra manaturam. Cum vero hebreorum nomen iam valde ubique divulgaretur et de his sermo cresceret: in timore non parvo provinciales erant. Et mittentes legatos ad invicem solatia deposcebant: ut simul viros illos interimere niterentur. Erant autem in hoc instantes. qui goboth et petram inhabitabant: qui vocantur quidem amalechite. Pugnatores autem maximi illarum tunc gentium existebant: quorum quoque reges invicem semetipsos et circumhabitantes ad bellum contra hebreos rogabant: dicentes exercitum alienigenum et egiptiorum servicia fugientium sibi invasiones inferre. nec bonum sibi fore. si factum tale despicerent: sed antequam eorum fortitudo ad maiorem tenderet potestatem. et ipsi pugnare magis inciperent: confidentes eo quod eis nullus resisteret. destruendos eos esse cautissimum atque sapientissimum edicebant: et penas etiam de deserto et actibus quos illic gesserant exigendos. quod non ita possit evenire: cum civitatibus atque bonis eorum manus inicerent. Illi autem inchoantem inimicorum virtutem moliri deicere optimum esse: magis quam iam proficientem prohibere credebant. Alii vero hoc superfluum putabant: alii nullam eis occasionem adversus se fieri permittebant. Hec et his similia per multas provincias ad invicem legationibus agitantes: deliberaverant adversus hebreos bella suscipere. Moses itaque cum nichil belli speraret. hesitationem et turbam habuit repente provincialium: et ad congressionem iam preteritorum subita pericula hebreorum multitudinem perturbabant. quia licet omnium rerum haberent inopiam: potiorem tamen necessitatem pugnandi cum hominibus qui essent rebus omnibus bene conditi putabant. Moses autem consolari precepit. eosque confidere deposcebat. decretoque dei credere quo sepe fuerant liberati. et quia debellaret etiam eos qui eorum hostes existerent. arbitrari autem exercitum quidem multum. et omnibus armis instructum pecunias alimenta. aliasque res in quibus solent homines confisi pugnare in auxilio divino consistere: et sibi per deum omnia hec adesse. inimicorum vero manum. parvam. inertem. debilem. tanquam non frueretur que istos habere constaret. deo volente facile superari. Scire autem eos oportere dicebat: qualis eorum auxiliator fuisset in multis iam experimentis gravioribus: et quia in presenti quidem bello haberent laborem adversus homines. Cum vero fuerat eis sitis et famis inopia. et in montibus atque mari periculum ubi fugam invenire non poterant: hec omnia divino solatio devicissent. Ergo rogabat eos esse promptiores. tanquam omnium rerum eis facultas adesset: ita ut hostibus prevalerent. Et moses quidem populum huiusmodi verbis exacuebat ad prelium: convocans tribuum principes. et postea singulos et ad invicem iuvenes quidem exorabat. senioribus obedire: illos autem ut verba ducis audirent. Erant autem eorum anime in periculo constitute et ad presentia preparate: sperabantque aliquando amalis huiusmodi liberari. iubebantque mosen ut ad bella preiret neque tardaret: ne dilatio eorum fiduciam impediret. Ille vero ex multitudine pugnacem eligens iuvenem. super eos constituit Iesum nave

filium de tribu effraim ualde robuſtum. et laboreſ tole
rare fortiſſimum. ad cogitandum ſimul et loquendum
nimiſ idoneum. qui noſſet decenter deum. et moſen do
ctorem colere pietate. eſſetque apud hebreoſ aptiſſ. paucoſ
uero circa quem conſtituit. plurimoſ autem toti exercitui.
circa infantium mulierumque cuſtodiam. Et tota quidem
nocte erant preparati arma ſumenteſ. et duceſ proprioſ
intendenteſ. tanquam prelium aggreſſuri dum eiſ pre
ceperint. Inuigilabat et moſeſ docendo iheſum. quem ad
modum exercitum collocaret. Incipiente uero lampare
die rurſuſ poſcebat iheſum. ne minuſ inueniretur inope
quam circa eum ſpeſ eſſet uniuerſorum. gloriam preſentiſ
militie in futuriſ nationibus poſſeſſuruſ. hebreorum uero
nobiliſſimoſ ſeorſum rogabat. cunctamque multitudi
nem exhortabatur pariter armatam. Et ille quidem
cum ita conſtituiſſet exercitum ſermonibus et opum pre
parationibus diſceſſit ad montem. deoque ſimul et iheſu cre
didit expeditum. Miſcebantur itaque hoſteſ. et in mani
bus erat bellum. fiducia ... que et uiribus utebantur inui
cem. Donec itaque moſeſ manuſ ad celum extenderet.
hebrei comprimebant amalechitaſ. Cumque laborem ex
defectu manuum ferre non poſſet moſeſ. quia quotienſ eaſ
deponebat. totienſ hebreoſ fugere contingebat. iuſſit fra
trem aaron et ſororiſ marie uirum nomine uron ſibi aſſi
ſtere. eiuſque manuſ ex utroque latere continere. et adiuuan
teſ eum non permitterent laborare. Quo facto. hebrei ama
lechitaſ fortiter deuicerunt. Et omneſ interiſſent utique. niſi
nocte ſuperueniente populuſ receſſiſſet a cede. Uictoriam enim
optimam atque perfectam noſtri habuere maioreſ. inferenteſque
ſibi bella uicerunt. et circumhabitanteſ perterruerunt ha
bundantiaque potiti ſunt magnorum clarorumque bonorum. que
ſuiſ laboribus habuerunt. Deuincenteſ namque exercitum
hoſtium maximaſ diuitiaſ et publice et priuatim poſſe
derunt omneſ. cum primituſ etiam alimentiſ neceſſariiſ
indigerent. Fuit autem eiſ non ſolum in preſenti ſed etiam
in futuro bonorum cauſa huiuſ quam prediximuſ pugne
perfectio. Non tantummodo enim corpora hoſtium ſeruitio
ſubdiderunt. ſed etiam menteſ. et cunctiſ circum aſtantibus
poſt illorum deuictionem fuere terribileſ. eiſque diuitiarum
maximum culmen adiectum eſt. Nam fugienteſ inimici
magnam copiam argenti ſimul et auri dereliquerunt in
caſtriſ. et uaſa aerea quibus ad ueſcendum utebantur.
multamque et inſignem habundantiam utrarumque rerum.

id eſt ornamentorum textilium pariter et armorum. et aliorum
pariter que parabantur ad prelium. diuerſaque iumenta.
et quecumque moriſ eſt ſequi iter agentem exercitum. Prudentiaque
repleti ſunt hebrei ope fortitudiniſ. et multum deſidium
uirtutiſ erat in eiſ. Semper enim in laboribus inſiſtebant omnia
ſe capere iudicanteſ. Huiuſ ergo belli hic extitit finiſ. Poſtea
uero moſeſ exuebat mortuoſ hoſtium. et arma fugientium
colligebat. et hec uiriſ pugnatoribus exhibebat. ducemque
militie iheſum preconiiſ attollebat exercitu teſtificante
cuncta que geſſerat. Mortuuſ ergo eſt hebreorum nemo. ho
ſtium uero tanti quantoſ numero neque comprehendi
poſſibile eſt. Pro gratiarum autem actione moſeſ ſacrificanſ.
altare conſtituit. quod dei uictoriam nominauit. prophe
tauitque omniſ fore perituroſ amalechitaſ. nichilque eorum in futuro
relinquendum. eo quod contra hebreoſ in ſolitudine dimi
caſſent. et nequaquam poſitiſ in calamitatibus pepercisſent.
Tunc exercitum feſſum conuiuiorum opulentia reparauit.
Hoc ergo bello contra hoſteſ ſuoſ poſt egreſſum ex egypto
primituſ ita pugnauerunt. Cum uero pacificaſ poſt
uictoriam moſeſ hoſtiaſ optuliſſet. feciſſetque non pauciſ
opibus hebreoſ ceſſare poſt pugnam. produxit ornatum
exercitum. Multa namque eiſ iam copia erat armorum. Et
procedenſ paulisper tribus menſibus. poſtquam mouit ex egyp
to. uenit ad montem ſina. ubi ei circa rubum multaſ ui
ſioneſ factaſ fuiſſe prediximuſ. Cui raguel ſocer au
dienſ felicitatem eiuſ libenter occurrit. et moſeſ ex
cipienſ cum eo ſeforam uxorem ſuam et filioſ. delecta
tuſ eſt eiuſ aduentu. Et facto ſacrificio epulaſ copioſiſſi
maſ populo miniſtrabat. iuxta rubum qui flammam
igniſ euaſerat. et multitudo quidem per cognationeſ epuliſ
ueſcebatur. Aaron autem ſumenſ raguelem et qui cum
eo erant. ymnoſ canebant in deum qui eiſ ſalutiſ et li
bertatiſ. et egreſſioniſ auctor extiterat. ſimulque lauda
bant ducem. quaſi eiuſ uirtute cuncta eiſ proſpere conti
giſſent. Et raguel quidem multa preconia plebiſ apud
moſen de eorum fortitudine dixit. quod pro cunctorum ſalute
ſic laborauerunt uniuerſi. Deinde uidenſ raguel moſen
in rerum multitudine conſtitutum cunctiſ adeuntibus eum.
ut liteſ diſcerneret poſtulantium. et tantummodo ſe iuſticiam
impetrare credentium ſi ille eiſ arbiter iudicaret. eiſ namque
qui iudicabantur leuiuſ eſſe perdere uidebatur. pro iuſticiam
moſeoſ. quam uictoreſ ſententiam cuiuſlibet auaricia
ſuſtinere. tunc equidem tacuit. nolenſ impedire uolen

tib; duciſ uti uirtute. Cum uero quieuiſſet turba. tunc ſu
menſ eum ſolum ſeorſum docebat que eum oporteret face̅.
conſiliumq; dabat. quatinuſ minoꝝ quidem rerum cura̅
aliiſ co̅mitteret: de maiorib; autem & ſalute plebiſ ipſe
tantu̅mo ꝓuideret. Nam ad iudicandum etiam alioſ hebre
oꝝ dignoſ inuenire dicebat: cogitare uero ꝓ ſalute tan
toꝝ non quidem alium niſi moſen poſſe ſolu̅mo. Sciens
inquit uirtutem tuam & qualiſ fueriſ in miniſterio
dei ad ſaluandu̅ ꝓplm. rerum arbitrium co̅mitte aliiſ
examinandum: tu uero ad ſolum miniſterium dei reti
ne temetipſum. cogitando & requirendo. quo̅mo ꝓplm ab
hac poſſiſ inopia liberare. Meiſ ergo conſiliiſ utere de
reb; humaniſ: & exercitum ꝑfecte diſpone ꝑ dena milia
uiroſ deinde ꝑ mille. Ita poſt hec diuideſ eoſ ꝑ quingentoſ.
& rurſuſ in centum. deinde ꝑ quinquagenoſ: & iudiceſ con
ſtitueſ ſuꝑ eoſ qui ꝑ triginta rurſum diuiſi. & ꝑ uicenoſ &
denoſ. habebunt ꝓprioſ iudiceſ eoꝝ negocia finienteſ. Sit
aute̅ aliquiſ ſuꝑ iſtoſ uocabulum a principio numeri ſu
menſ: & hii quidem ſint approbati ex omni plebe boni &
iuſti. qui de diuerſiſ reb; iudicent eoſ. Et ſiquid. e̅. maiuſ:
ad potioreſ ueniat dignitateſ. Quod uero apud eoſ etiam
difficile fuerit: hoc ducatur ad te. Sic enim fiet utrumq;
quatinuſ & hebrei iuſticiam impetrare mereantur: & tu
miniſtrando ſoli deo. faciaſ eum exercitui e̅e̅ ꝓpicium. Hec
enim raguel monente moſeſ libenter excepit. & ſecdm hui⁹
modi dictum fecit: non celanſ conſilium eiuſ nec ſuam fa
ciens illiuſ ſuaſionem. ſ; inuentorem eiuſ rei omni po
pulo manifeſtanſ. Nam & in libriſ ſuiſ raguel conſcripſit
inuentorem rei predicte optimu̅ e̅e̅ credenſ. ut notam om
nib; faceret uoluntatem (t̄ ueritate̅): licet ei ſoli potuiſſent prebere
gl'am. que ab alio ſunt inuenta. Factum. e̅. itaq; quatinuſ
uirtuſ moſi potuiſſet ex hac uoluntate cognoſci. S; de hiſ
quidem: oportune in ſcriptura alia declarabimuſ. Moſeſ
autem conuocata multitudine. ipſe quidem ad montem
ſina iturum ſe e̅e̅ dicebat tanquam deo manſuruſ. & aliqd
ab eo utile ꝑcipienſ ad eoſ remeaturuſ: illoſ uero p̄cepit.
iuxta montem tabernacula ſua ponere. & uicinitatem dei
tenere. Hec cum dixiſſet aſcendebat in montem ſina qui ex
cellentiſſimuſ. e̅. in illiſ regionib;: & ꝓpter altitudinem
magnitudiniſ ſue & ſcopuloꝝ ꝓceritatem non ſolum ho
minib; inacceſſibiliſ: ſ; etiam qui uideri ſine aſpectuſ la
bore non poſſit. Et cum ſermo e̅e̅t circa eum deum habi
tare: terribiliſ erat omnib; & inadibiliſ uniuerſiſ. Hebrei

ſiquidem ſecdm moſi mandata tabernacula mutauerunt:
& radicem montiſ apprehenderunt eleuanteſ manuſ ſuaſ
ad dm̅. tanquam cum ꝓmiſſione bonoꝝ quam eiſ ꝓmiſe
rat moſeſ cum reuerteretur a deo. Et feſtiuitatem cele
branteſ ſuſtinebant ducem: purganteſ ſemetipſoſ alia
purgatione. necnon & a coitu mulierum trib; dieb; ſe ſic
eiſ ipſe predixerat abſtinenteſ. rogabant deum ut placi
de ſuſciꝑet moſen: & dona ꝓpararet. quib; bene uiuere
de cetero poſſent. Utebantur g̊ conuiuiiſ opulenter: &
ornamentiſ decenter cum coniugib; & filiiſ abſtinebant.
Et duob; quidem dieb; erant in epuliſ conſtituti. Tertia ů
die antequam ſol oriretur. nubeſ operuit cunctu̅ hebreoꝝ
exercitum: & locum ubi tabernacula fixerant omnem
circumdedit. Et fulgura facta uentiq; uehementeſ plu
uiam nimiam concidenteſ undiq; ferebantur: & cho
ruſcationeſ erant uidentib; ualde terribileſ. & fulmi
na crebro demiſſa. dei preſentiam omnib; indicabant.
Et de hiſ quidem unuſquiſq; legentium ſapiat ut uo
luerit. Michi uero neceſſitaſ. e̅. hec referre: ſicut in ſacriſ
libriſ ſcripta ſunt. Hebreoſ itaq; ea que uiſa fuerant. &
clangor aurib; redditus ualde terrebat. etiam ſermo qui
ferebatur quia deuſ habitaret in monte: retinebantq;
ſemetipſoſ in tabernaculiſ ſuiſ afflicti: ſ; & moſen ira
dei periſſe putabant. & de ſeipſiſ ſimilia cogitabant.
Cum uero ita conſiſterent apparuit moſeſ letuſ & nimiſ
exultanſ. qui & formidinem eiſ abſtulit. & de futuro
eiſ meliora ꝓmiſit: ſerenuſq; repente & puruſ aer qui
ante paululum fuerat conturbatuſ moſe adueniente
reuerſuſ. e̅. Igitur inter hec conuocauit ꝓplm in eccliam:
ut audirent que illiſ dixiſſet deuſ. Quib; collectiſ. ſtanſ
in excelſiori loco unde eum omneſ audirent. ait ad hebre
oſ. Deuſ equidem ſicut & priuſ ꝓpiciuſ me ſuſcepit: ui
tamq; uob̅ felicem ꝓmittenſ & conuerſationiſ ornatum.
etiam ipſe nunc aſſiſtet in exercitu. Cum ſiquidem &
oꝑa que ꝑ illum nob̅ ſunt facta conſideranteſ. non de
ſpiciatiſ ea que nunc dicuntur: me qui hec dico reſpi
cienteſ. nec quod ꝑ me lingua humana dſ uob̅ loq̊tur
attendatiſ. ſ; magnitudinem quoq; eiuſ conſiderate. &
uirtutem eiuſ excellentie cognoſcetiſ: & quod ꝓ utilita
te cunctoꝝ ad me loqui dignatuſ. e̅. Non g̊ me reſpi
ciatiſ moſen filium amarami & iochabel: ſ; eum qui
nilum ꝓ uobiſ conuerti fecit in ſanguinem. uariiſq;
domuit plagiſ egyptioꝝ aſtutiam: qui ꝑ mare rubru̅

iter nobis. quique cibum de celo fecit hesitantibus advenire. qui potum de petra estuantibus manare concessit. per quem adam de fructibus terre marisque comedit. noe ex ymbribus est ereptus. Per quem abraham progenitor noster terram optinuit chananeam: per quem ysaac de senioribus parentibus est editus. per quem iacob duodecim filiorum est virtutibus exornatus. per quem ioseph potestatis egyptiorum dominus effectus est: ille vobis me interprete hec dignatur verba proferre. Fiant itaque vobis amabiliora. quam filii vel uxores. felicem namque habebitis vitam ista servantes: terraque eritis potituri fructifera et sine fluctibus mare. et prole filiorum naturaliter nascendorum. Eritis etiam hostibus valde terribiles: ad dei namque ego veniens vultum incorrupte vocis auditor effectus sum. Ille enim pro vestro genere semper eius est eternitate sollicitus. Cumque hec dixisset. eduxit populum cum mulieribus et infantibus ut deum ipsum sibi loquentem de rebus agendis audirent: ne vilior videretur dictorum virtus ad eorum aures humana lingua perveniens. Omnesque audiebant vocem ex alto venientem ad universos. ita ut nullum effugeret. Et verba quidem que moses in duabus tabulis scripta dereliquit. fas nobis non est secundum unumquemque sermonem aperte depromere: virtutes autem eorum insinuabimus. Docet itaque nos primus sermo quia deus est unus. et hic solummodo est unus deus. et hic solummodo est colendus: secundus autem iubet nullius animalis factam imaginem penitus adorandam. Tercius vero ut per deum in nulla re debeat aliquis frustra iurare. Quartus servandas septimanas cum ab omni forent ope cessaturi. Quintus vero: parentes honorandos. Sextus abstinendum a cede. septimus vero: non adulterandum. Octavus autem: furtum non faciendum. Nonus: falsum testimonium non dicendum. Decimus autem: nullius aliene rei habendam esse concupiscentiam. Et plebs quidem cum audisset ipsum precipientem de rebus quibus moses fuerat locutus: gaudens in his que predicta sunt a congregatione discessit. Succedentibus vero diebus accedentes ad tabernaculum: poscebant ab ipso etiam leges sibi a deo debere proferri. Ille vero et ista exposuit: et de omnibus quocumque modo gerenda forent reliquis temporibus singula designavit. Quarum memoriam oportuno tempore ero facturus: plurimas autem leges in alia scriptura disponam. seorsum de his expositurus. Igitur cum circa eos ita res agerentur: moses iterum in montem sina conscendit. predicens hebreis videntibusque eis ascendebat.

Cumque illic tardaret. quoniam quadraginta dies ab eis abfuerat. timor invasit hebreos ne moses aliquid pertulisset: et inter mala diversa nichil eos sic affligebat. quam quod putarent se perdidisse ducem: erat enim tumultus inter homines. aliis quidem dicentibus eum perisse. in bestias incidentem: et maxime illi hec dicebant. qui circa eum odium habere videbantur. Alii vero eum ad deum recessisse narrabant. Prudentes autem et nichil horum que dicebantur a populo pro sua delectatione suscipientes. sed et bestias incidentem perisse humanum putantes. aut certe a deo ad se translatum propter virtutem propriam veri simile iudicantes. mitius quidem ferre hec ratio faciebat: sed pupilli se desolatos arbitrati atque tutore. qualem alium habere non possent. vehementer affligebantur: et neque opinari poterant in tanta mora illius quod viro boni aliquid accidisset: neque sine tristicia aut deiectione degere prevalebant. Exercitum vero nequaquam promovere confidebant: cum moses predixisset eos ibidem sustinere. Cumque iam quadraginta transissent dies totidemque noctes. astitit nullo cibo hominibus consueto participatus: et gaudio apparens totum complevit exercitum. Providentiamque dei quam circa eos haberet exposuit. simul et ordinem secundum quem viventes essent habituri felicitatem: dicens ostensum sibi per hos dies tabernaculum quale sibi deus fieri vellet. in quo descendens ad eos ipse veniret. ut etiam migrantes exinde eum portarent et nequaquam ad montem syna egerent ascendere: quando ad eos ipse descenderet deus. ut eorum adesset orationibus. Fiat inquit tabernaculum mensuris et operibus que ipse monstrabit vobis: utique ad hoc opus insegniter accedentibus. Et cum hec dixisset. duas tabulas eis ostendit. habentes scripta illa decem precepta: et in utraque quina erat conscriptio manu dei. Illi vero gaudentes in his que videbant et audiebant a principe. qua possent collaudare studii sui munificentiam: non cessabant deferre argentum simul et aurum et es: lignaque et magnam valde materiam que nequaquam potuisset putredine violari. Caprarum quoque pilos. et ovium pelles. alias quidem iacincto. alias vero congrinio. alias purpureo flore tinctas. alias vero album colorem prebentes. lanasque predictis fucatas coloribus. et linum bissinum. lapidesque insertos auro. quibus homines ornamenti gratia solent uti. pecudumque multitudinem pariter offerebant. Ex tali namque materia tabernaculum fabricatum est: quod migratum et per loca diversa devectum. nichil a

templo differebat. His itaque cum magno studio a singulis oblatis supra modum uniuscuiusque uirtutis atque donatis, architecti mandato dei in his constituuntur operibus, quos populus elegerat, sibi potestate collata. Quorum quoque nomina hec sunt que sacris inscripta libris inueniuntur: beseehel uri filius de tribu iuda et marie sororis moseos, et helisfas isimach filius de tribu dan. Et populus siquidem tanto studio iunctis rebus obediebat, ut etiam moses suspenderet eos, dicens sufficere ea que data fuissent. hoc enim artifices iam predixerant habundare. Accedebant ergo ad opus tabernaculi faciendum, et moses eos singulos singulam quamque mensuram secundum ostensionem dei simul et magnitudinem, quantaque oporteret fieri uasa sacrificiis ministratura diuinis edocebat. Mulieres autem largitate sua circa sacra uelamina, et circa alia quecumque huiusmodi operibus erant necessaria, propter deum in ornamento et preciosis lapidibus offerebant. Omnibus itaque in preparatione constitutis, auro et argento et ere et textilibus rebus, predicens festiuitatem moses et sacrificia pro uniuscuiusque uirtute facienda, ad instituendum tabernaculi opus accessit, et atrium prius mensus est ita. Latitudinem quidem quinquaginta cubitorum, centum uero longitudinem. Tabulasque ad instar columpne statuit ereas quinque cubitorum habentes altitudinem in utroque latere tabernaculi, et uiginti per longum, per latum uero decem. Anuli autem tabulis singulis inerant, et capita argentea tabularum. Bases autem deaurate et celate per circuitum, et intra confixe. Pangebantque funes ab anulis ducti usque ad capita clauorum eneorum, qui erant magnitudine cubiti, et per singulas tabulas in terram ualide positi, ut ex uiolentia uentorum tabernaculum immobile custodirent. Cortina uero mollissima ex bisso per omnes undique pendebat, a capite tabularum descendens ad basen undique diffusa, et concludens omnem per circuitum locum, ut nichil a pariete differre uideretur. Sic itaque habuerunt tria latera atria per circuitum. Quartum uero latus fuit quinquaginta cubitorum, quod frons erat totius operis, ubi uiginti quidem cubita erant aperta, quattuor habentes tabulas in modum portarum omnisque opere argenti factas preter bases: erant enim enee. Ex utroque ergo latere terne erant tabule constitute, et propter portarum fortitudinem incastrate, et per eas cortina bissina circuibat. Et cum essent porte uiginti cubitorum longitudine, altitudine uero quinque, uelum in eis erat ex purpura et cocco iacincto et bisso factum, multis floribus et uariis exceptis animalium figuris ornatum. Iuxta ianuas autem aspsorium erat eneum, simile habens

basem, ex quo sacerdotibus manus diluere et perfundere pedes moris erat. Et ambitus quidem atrii erat ornatus hoc modo. Tabernaculum autem statuit in medio eius loco, conuersum ad orientem, quo mox ut sol oriretur in eum radios suos emitteret. Cuius longitudo quidem triginta cubitorum erat, latitudo uero decem cubitorum habebat spacium. Et alter quidem paries erat australis, alter uero conuersus ad aquilonem. post tergum autem eius relinquebatur occasus. cuius altitudinem tantum oportebat ascendere quantam latitudinem esse constabat. Erantque tabule lignee ex utroque latere uiginti, scemate quadrangulo facte, latitudine quidem unius et dimidii cubiti, altitudine uero quattuor digitorum. Lammine autem erant ex auro facte per interiorem et exteriorem partem, quibus singulis tabulis erant cardines bini immissi per duas bases que erant argentee, et suis foraminibus tabularum cardines suscipiebant. Parietis uero occidentalis tabule quidem sex erant, alterutris omnes perfectissime copulate, ut aptissime his compaginatis unus eorum paries esse uideretur intrinsecus et extrinsecus deaurate. Ex lateribus autem erant tabule numero uiginti, quarum latitudo habebat mensuram unius et dimidii cubiti, altitudo tertiam partem palmi, et ita triginta cubitos adimplebant. Posterioris uero parietis nouem cubitos sex tabule faciebant, quibus coniuncte sunt alie due tabule ex medio cubito secte, quas angulares posuerunt ad instar maiorum tabularum. Singule uero tabule anulos habebant aureos per exteriores frontes eminentes, uelut quibusdam radicibus confixos per ordinem, ad inuicem per circuitum respicientes, et per eos deaurati uectes immissi, uno quoque habente magnitudinem cubitorum quinque. Erantque ad coniunctiones tabularum intrabatque caput uectis uniuscuiusque in alio uectis capite uelut in modum cocci, et post tergum parietum in longitudine positorum unus erat ordo per tabulas omnes uadens, quos per uncinos utriusque parietis latera continebantur in castrationibus factis et immissis ad inuicem. Quod propterea sic exquisitum est, ut neque a uentis moueretur, neque alia causa tabernaculum conturbaret, sed immobile secura quiete seruaretur. Intrinsecus autem eius longitudinem tripartite diuisit, id est decem cubitos ad interiorem partem profuturos distribuit. Quibus dimensis in medio quattuor tabulas similiter operatas statuit, paululum inuicem disiunctas ab alterutris, que separarent decem cubitos ad interiorem partem a reliquis uiginti, et quod interius erat eorum adytum uocabatur.

Reliquum uero tabernaculum: ſacerdotum erat. Hanc itaque tabernaculi dimenſionem ad inſtar rerum naturę conſtituit. Tertia ſiquidem pars eius quę erat inter quatuor tabulas quę ſacerdotibus intranſgreſſibilis uidebatur: uelut cęlum dei erat. Reliqui uero cubita uiginti ſicut terra et mare greſſibile hominibus eſt: ita ſolis ſacerdotibus adiacebat. Per frontem uero unde ingreſſus erat factus columpnę ſtabant ex auro facte. et ereis baſibus ſuppoſitę: numero quinque. Tegebatur autem tabernaculum cortina ex biſſino. et purpureo. et iacinctino. et coccineo. coloribus facta: et prima quidem cortina. cubitorum erat decem. et undique eas tabulas obtegebat: quę diuidentes templum aditum habebant interius: et hoc erat quod faciebat ut a nullo uideretur. Et omne quidem templum: ſanctum uocabatur. Quod uero erat interius. et inacceſſibile ultra quatuor tabulas: ſanctum ſanctorum. Cortina autem erat ſpecioſa. quaſi floribus uniuerſis de terra germinantibus uariata. aliiſque omnibus intexta: et quęcumque preter animalium formas poterant exornare pictores. Alia uero huic et magnitudine et textu et colore uicina quinque columpnas in ingreſſu poſitas obtegebat. ab angulo ſummitatis uniuſcuiuſque columpnę cortina: anulis continentibus uſque ad medietatem columpnę depoſita. Reliquum uero ingreſſus erat ſacerdotibus accedentibus. ſuper quem lanea erat alia cortina eiuſdem magnitudinis. funibus eam paulatim ducentibus ac retrahentibus ut tegeret omnia et impediret aſpectus ſacrificia contuendi: et maxime in diebus inſignibus. Nam et in reliquis diebus. et precipue quando uideretur nubilum. textus eius tegminis fortis erat: et laborem facile ſuſtinebat. Unde permanſit iſta conſuetudo etiam edificantibus nobis templum: quatinus uelum huiuſmodi in ingreſſibus appendatur. Decem uero alię cortinę erant ſingulę cubitorum latitudine quatuor: longitudine uero octo. Et uiginti aureos habentes uncinos. ad copulandum alterutris uncinis et anulis: ut coniuncte ſimul unam uiderentur efficere. Quę extenſe templum et quod erat deſuper obtegebant. et parietes a lateribus. et a tergo ſtantes. a terra uno pede ſuſpenſe. Eiuſdem uero latitudinis et alię cortine. una plus numero id eſt. undecim erant: longitudine tamen excellentes. Erant enim iſte triginta pedum. texte uero de pellibus ſicut ille de lana: ſimili omnis ſigillata uarietate contexte. Erantque uſque ad terram tegmine ſuo diffuſe. ad inſtar thalami culmen uelaminis exhibentes: una cortina ante frontem pendente. Undecima namque cortina ad hoc erat aſſumpta. Alię uero ſuper has ex pellibus facte: pro tegimine et adiutorio deſuper erant impoſite propter eſtum et ymbrium diffuſionem. Multos itaque ſtupor habebat inſpicientes a longe: nam colorem eius in nullo differre putabant cęlo. Hę uero ex pilis et pellibus facte. pendebant ſicut illud uelum portarum. et eſtum pariter et imbrium iniurias repugnantes. Hoc ergo modo: tabernaculum conſtitutum eſt. Facta eſt autem et archa deo ex lignis natura fortiſſimis. et quę nequaquam putredinem ſuſtinerent: quę hebraica lingua uocabantur heron: cuius conſtructio erat huiuſmodi. Longitudinis quidem quinque palmorum. latitudinis trium: ex auro puriſſimo. Intrinſecus autem et extrinſecus ſic tegebatur: ut eius ligna celarentur: et aureis cardinibus tegmen compaginatum habuit ualde mirabile. et undique ſimul equale: nullaque pars eius compaginationem poterat uiolare. Per utrumque uero latus longitudinis eius anuli erant aurei bini. totum lignum penetrantes. et per eos uectes deaurati immiſſi per utrumque latus: ut quotiens opus eſſet per eos archa moueretur. Non enim in uehiculo. ſed a ſacerdotibus archa portabatur. Super tegmen uero eius erant figurationes due: quas hebrei cherubin appellant. Sunt enim animalia uolatilia. habentia figuram quę a nullo hominum eſt inſpecta. Hęc dixit moſes. in dei ſe conſpexiſſe ſede figurata. In hac igitur archa duas tabulas recondidit in quibus decem fuerant uerba conſcripta. quina quidem per ſingulas tabulas. bina ſemis per unamquamque paginulam et has in adito collocauit. In templo uero menſam poſuit proxime uelut delficam. Longitudine quidem habentem duos cubitos. latitudine uero unum: et altitudine trium palmorum. Erant autem pedes eius ex medietate inferioris partis facti per circuitum: rotundi et tornatiles. Quod uero ad ſuperiora tendebat quadranguli operis erat. Habebatque per circuitum lateris uniuſcuiuſque labium exornatum. uelut quatuor digitis alto limbo circumeunte ſuperiorem et inferiorem eius corporis partem: et per ſingulos pedes ſub eius labio erant anuli. per quos uectes deaurati mittebantur in ligno quod eminebat. Sinum enim habebat ubi anuli erant commiſſi: et his per uiam portabatur. Ponebatur autem in templo ad aquilonem. conuerſa non longe ab aditu. et duodecim panes azimos ſenos per partes in ea ponebant mundos ualde ex farina duorum aſſariorum: quę menſura hebraica ſeptem cotilas atticas habet. Super panes autem ponebantur ſeptem fiale aureę: thure plene. Poſt dies autem ſeptem iterum panes alii ponebantur: die qui a nobis ſabbati appellatur. Septimanam ſiquidem nostri ſabbata uocant. Cauſam uero huius rei: in aliis edicemus.

Contra faciem uero mense respicientis ad parietem meridi
anum constitutum erat candelabrum ex auro factum
fusile pondus. habens minas centum. quod hebrei dicunt
emchares. greca lingua interpretatum talentum nuncupatur.
Fecit autem et sperulas et lilia cum calamis et sciphis.
Eratque hec omnia septuaginta. ex quibus in una base compo
situm erat omne candelabrum in altitudine et in tantas
constitutum partes. in quantas distribuunt planetas et
solem. Consummaturque in septem capita alterutra per ordinem
constituta. in quibus lucerne imponuntur septem. imitantes
singulas planetarum respiciuntque ad orientem et meridiem
candelabro oblique posito. Interque candelabrum et mensam
interiorem sicut dixi turibulum erat et altare de ligno
quidem unde et priora fabricata. imputribili et forti. Ex
uno quoque latere cubitum latitudinis habens altitudinem
uero duplicem. Eratque craticula aurea manufacta. habebat
quoque per singulos angulos coronas ex auro purissimo sex. et
anuli et uectes inerant quibus per itinera a sacerdotibus porta
batur. Erat autem et altare ante tabernaculum constitutum.
et ipsum quoque de ligno mensura uniuscuiusque lateris quinque
cubitorum. altitudine uero trium. similiter exornatum. et ex la
minibus eris ad opertum cui suberat craticula in modum retiorum
facta. Suscipiebat enim terra ignem qui de craticula fere
batur quia bases non erant ei subiecte. E diuerso autem po
nebantur fuscinule et fiale et forcipes. et sciphi et quecumque
alia uasa ad sacrificium fuerant facta. omnia erant aurea.
Et tabernaculum quidem erat huiusmodi necnon et eius uasa. Facte
sunt autem sacerdotibus uestes omnibus aliis. quos chananeos
uocant. pariter et principi sacerdotum. quem arabarthim ap
pellant quod significat principem sacerdotum. Quotiens au
tem sacrificia sacerdos adiret. purificabatur. Lex autem
purificationem fieri iussit. Et aliorum quidem sacerdotum
uestes. erant huiusmodi. Primum quidem induebatur manacha
sin quod constrictorium poterat dici. Est autem cinctorium
circa femora subtale et bisso contorto contextum ingredi
entibus per eum pedibus uelut de uastrapis. Scinditur autem
ultra medietatem deorsum et usque ad lumbos adstringitur.
super hoc autem lineo indumento duplici sindonis bissine
uestitur. quod cethomone quidem uocabatur hebraica
lingua. Significat autem lineum. Nos autem lineum ce
thon appellamus. Est autem hec uestis tunica usque ad talos.
corpus omne complectens et manicis brachia ualde con
stringens. Accingitur circa pectus modice super titulum zonam
circumducentes latam quasi digitis quatuor. uarie ita
contextam ut uideatur pellis esse uiperea in qua flores
contexti sunt coccinei. purpurei. cum iacincto et bisso
commissi. Stamen autem eius zone est solummodo bissus. Et su
mens initium uictorie a pectore circumdare ducitur iterum
ante pectus et usque ad crura dimittitur. donec sacerdos
nichil operatur. Pro decore namque uidentium est ita com
posita. Cum uero ad studia sacrificiorum et ministerium
preparatur ne impediatur opus in leuum humerum
eum portat. Quod moses quidem. abanech appellauit
nos autem ab babiloniis dicentes hemsaneam uocamus.
Sic enim hec apud eos tunica uocatur. Sinum uero nusquam
habet hec uestis. sed larga est ad collum eius apertura et nastu
li ex utraque parte ora eiusdem uestimenti a parte pectoris
et scapularum astringunt. hoc etiam massabazam uocatur.
Super caput autem gestat pilleum in modum paruuli calamauci
aut cassidis qui extenditur supra summitatem capitis. et
modice uerticis medietatem excedit. uocaturque masnempti.
Et tale est ut uideatur ex lini textura confectum. habens
uittas que inuolute sepius conuertuntur (l. conectuntur) ne facile dila
batur. Deinde aliud unum uelamen desuper circumdatur
descendens usque ad inferiora barbe. celans pillei illius li
gaturas et totam capitis superficiem. Aptaturque perfecte. ne
laborante sacerdote circa sacrificia corruat. Quales namque
sint ceterorum sacerdotum uestes declarabimus. Princeps uero
sacerdotum ornatur quidem et istis. nichil ex predictis uestibus
derelinquens. Super induitur autem tunica de iacincto fac
ta. que et ipsa talaris est. uocaturque methir secundum linguam
nostram que zona constringitur coloribus predictis et floribus
exornata. auroque contexto uariata. Ornatusque in fimbriis
eius inest uelut mala granatorum et tintinnabulorum aureorum
multo decore factorum ita ut inter duo tintinnabula malum
granatum habeatur. Item tintinnabulum inter duo mala
granatorum. Est autem tunica ex duabus incisionibus. ut suta
sit super humeros et platera. sed uno uelo in longum undique
circumtexta ad collum habens tantummodo sectionem non ex latere
sed in longum fissam. a pectore usque ad medias scapulas. Uitta
autem ei consuta est ne possit eius apertio turpiter apparere. Si
militer et unde manus egrediuntur apertum est. Ad hec au
tem tercio induitur uestimento quod dicitur ephot. Simile
quidem est superhumerali grecorum. Fit enim hoc modo ut sit textus
eius magnitudine cubiti. de cunctis coloribus auroque uari
atus amplectens omnem pectoris locum et ad manus

eiciendum aptum est. et omni schemate tunice simile est. Huic uestimento locus uacuus in medio pectore magnitudine palmi dimittitur. ubi inseritur essin quod greca lingua logion. latina rationem significat. et conplet totum ephot. hoc est illum locum quem propter ea reliquerant uacuum. uniturque ephot cum rationale anulis aureis per angulos singulos sub equalitate commissis. purpuram iacinctinam. que inmittitur pro ligatura et consertionibus alterutris anulorum. He autem uacua esset medietas anulorum et rationalis. filis iacinctinis adinuentum est. ut ea loca conseruent. Super humeralem uero duo sardonici lapides infibulant per singulos humeros auro clausi. habentes per extremitates circellos aureos. in quibus suscipiunt rationalis ligaturas. His lapidibus insculpta sunt nomina filiorum iacob per uncialibus litteris lingua nostra. sena per lapidem. seniores autem in humero dextro. Inserti sunt autem in essin id est in rationali duodecim lapides. magnitudine et decore precipui. Hoc enim ornamentum propter eminentiam eius honoris. ab hominibus possideri non potest. Siquidem lapides per quattuor ordines. terni per singulos ordines constituti sunt habentes aureas per circuitum coronas. quibus inserti clausique sunt. ne possint quocumque modo textura corrupta defluere. Et in primo quidem ordine trium lapidum est sardonyx. topazius. smaragdus. In secundo autem carbunculum habet et iaspidem et saphyrum. In tercio ligirius inchoat. deinde ametistus. Achates est tercius qui et nonus post alios. Et in quarto ordine tenet crisolitus principatum. post quem onix. deinde berillus qui est ultimus omnium. Littere autem in omnibus istis sculpte sunt nominum filiorum iacob. quos tribuum principes arbitrantur. singulis utique lapidibus eorum nomina referentibus. secundum ordinem quo nati esse noscuntur. Cum ergo per se illi quos diximus anuli sunt infirmi. nec possint pondus lapidum sustinere. alios duos maiores in extremitate rationalis que respicit ad collum eminentes ipsam texturam faciunt. qui suscipiant catenas aureas opere plectili. uenientes per fistulas quasdam ad extremitates humerorum. quarum catenarum summitas ascendens producitur post tergum. et in circulo qui est ad dorsum. in super humerali conseritur. Et hoc est rationalis munimen eximium. ne possit aliqua parte disrumpi. Zona uero rationalis consuitur. de coloribus predictis auro conserta. que ex utroque latere circumducta et iterum reuoluta. ante pectus et ambabus summitatibus pendere dimittitur. et habet quasdam fimbrias ex aureis fistulis miro decore compositas. in utraque zone summitate pendentes. Pilleum autem priori similiter operatum habet pontifex sicut reliqui sacerdotes. et alium consutum ex iacincto uariatum. Circumdatur autem ei et aurea corona tribus uersibus facta. supra quam surgit in media fronte. quasi caliculus quidam aureus. similis herbe que apud nos achoro nuncupatur. quam greci hioscamos dicunt. Ne quis autem cum non uiderit hanc herbam per ignorantiam naturam eius ignoret. aut uocabulum sciens ipsam ignoret. significo huiusmodi hominibus eius modum. Hec herba frequenter ultra tres palmos oboritur. radicem rotundam habet. et quasi rape similem. Folia uero menti propinqua sunt. De ramis autem eius oriuntur calculi rotundi. et in circuitu habet oculos. unde fructus egreditur. Calicem ergo quem diximus supra coronam auream positum habet magnitudinem digiti minoris. cuius cauatio rotunda est. quasi crateris. quem tamen condiscipulis explanabo latius. Est enim quasi spera diuisa. et circa fundum aliam habet incisionem. a radice rotundam. Deinde paulatim cauatura colligitur. et ad superiora denuo decenter aptatur. Et in labio ita colligitur. ut proprie uideatur emispherium mira rotunditate tornatum. Super hunc iterum oriuntur incisiones quasi extremitates mala granatorum spinose et in acutissimum deficientes cacumen. semperque seruat fructum huius caliculi superpositio seminis teretis uicinum. Habet autem flos. simile plantagini. Et per circuitum tota corona his floribus est celata. ab occipitio usque ad utrumque tempus. Frontem uero hoc quidem non habet. sed lamina est aurea. que sacris litteris dei nomen habet inscriptum. Hoc est ergo pontificis ornamentum. Mirari siquidem quilibet poterit odium hominum. quod circa nos habere non desinunt. quam nobis hoc modo diuinitatem deridentibus. ipsi colere non quiescunt. Siquis enim tabernaculi positionem consideret. et sacerdotalem inspiciat uestem. et uasa quibus utimur ad sacrificia celebranda. et legis latorem uirum sacrum agnoscet. et frustra nos ab aliis blasphemari perspiciet. Nam singula queque horum ad similitudinem et formam rerum facta repperiet. si absque inuidia uelit hec sapienter considerare. Tabernaculum namque triginta cubitorum tripertite diuisum. in quo duas partes sacerdotibus cunctis distribuit. quasi prophanum quendam communemque locum

terram & mare ſignificat. Hec utiq; greſſibilia cunctiſ
ſunt. Tertiam uero partem ſoli dicauit deo: eo quod
celum ingreſſibile ſit hominibꝫ. Sup menſam uero .xii. pa
neſ poſiti: ſignificant annum tamen ſua quantitate di
uiſum. Per candelabrum uero ſeptem planetarum deca
moniam tetigit. & ſup eum ſeptem lucerniſ ipſarum pla
netarum curſum oſtendit. Tanto namq; ſunt numero.
Cortine ex quatuor texte coloribꝫ: elementorum deſignant
naturam. Biſſuſ & enim terram declarat: eo quod linum
oriatur ex ea. Purpura uero mare: eo quod piſcium ſangui
ne coloretur. Aerem autem uoluit ſignificare p iacinctum.
Coccuſ uero eſt ignis inditium. Significat autem & ponti
ficiſ linea tunica: totam terram. Jacinctina uero ueſtiſ
polum: que p mala granata choruſcationeſ. p tin
tinnabulorum ſonitum tonitrua indicare dinoſcitur. Sup
humeralis etiam ad ſimilitudinem nature totiuſ eſt: quando
& eum deo placuit. ex quatuor coloribꝫ fieri. & auro con
texi ppter ſplendorem ut reor qui mundo diffunditur.
Rationalem uero in medio ſup humerali in modum terre
conſtituit. Hec namq; undiq; medium tenet locum.
Zone circuluſ ſignificat occeanum: quod utiq; cuncta
ſuo limbo circundat. Indicat autem ſolem & lunam utrq;
ſardonix: quos pontifex portat in humeriſ. Duodecim uero
lapideſ ſeu menſeſ quiſ intelligere poteſt. ſeu numerum
ſtellarum quem zodiacum circulum greci uocant. Pille
um uero uidetur michi celum imitari: cum ſit ex iacin
cto. Non enim aliter poterat ſup poni ei nomen dei. & in
corona ſcilicet deſignatum & in aurea lamina ppter ſplen
dorem: quo diuinitas precipue gaudet. Et hec quidem
tantum modo declarata ſufficiant: cum ſepiuſ & in multiſ uirtus
legiſ latoris oportune poſſit exponi. Igitur dum predictarum
rerum terminus eueniſſet. nondum miniſteriiſ ſacriſ mune
ribꝫ dedicatiſ. aſtitit deuſ moſi. & ſacerdotium aaron fratri
eiuſ dare precepit: qui ppter uirtutiſ opuſ omnibuſ
honore iuſtior haberetur. Tum ille colligenſ in eccleſia mul
titudinem. uirtutem & ſtudium eiuſ edicebat: & ppter eoſ
paſſurum pericula. Cumq; in omnibꝫ ei populus teſtaretur &
eiuſ ſtudium ualde laudaret: moſeſ ait. Viri iſrahelite
fabrica quidem iam pfecta eſt: ſicut ipſi deo gratum fuit.
nobiſq; poſſibile. Quia uero oportet tabernaculum iam dicare.
decet priuſ futurum ſacerdotem miniſtraturumq; ſacri
ficiis: & facturum pro nobiſ orationeſ agnoſcere. Et ego
quidem deliberatione michi conceſſa. me ipſum dignum
hoc honore iudicabam. eo quod natura omnes ſui potiuſ
amatoreſ exiſtant: & maxime quia multum mei ſum
conſciuſ. p ueſtra ſalute laboraſſe. Hunc autem & ipſe
deuſ aaron dignum hoc eſſe honore decreuit. & hunc
ſacerdotem nobiſ credidit iuſtiorem: ſciens quia dignus
induetur ſtola deo deuota. & curam habebit. altariſ
ad hoſtiaſ offerendaſ & orationeſ faciendaſ p nobis. libenter
auditurus qui curam habet generiſ noſtri uirum. quem
ipſe magiſ elegiſſe cognoſcitur. Hebreiſ itaq; placuere
que dicta ſunt: & ordinationi dei prebuere conſenſum.
Erat enim aaron ppter genuſ & pphetiam & uirtutem
fratris honore hoc dignior uniuerſiſ: habebatq; filioſ
illo tempore quatuor. nabath. abiud. eleazer. ithamar.
Quecumq; uero ad fabricam tabernaculi preparata
ſuperauerant. iuſſit hec ad tegmen cortine ipſiuſ taber
naculi & lucerne. & thuribuli. aliorumq; uaſorum expendi:
quatinuſ hec p iter. neq; pluuia neq; puluere uexaren
tur. Et populum denuo colligenſ: ſingulos ad oblationem
iuſſit offerre dimidium ſicli. Sicluſ autem hebreorum
nummiſma: quatuor dragmaſ atticaſ habet. Illi uero
libenter implebant que iuſſerat moſeſ. Eratq; offeren
tium multitudo ſexcentorum quinq; milium & quingen
torum quinquaginta. offerebantq; argentum a uiginti
annorum etate uſq; ad quinquaginta conſtituti: oblatumq;
circa tabernaculi opuſ expendebatur. Purificauit autem
& tabernaculum & ſacerdoteſ hoc modo. Mirram electam
ſicloſ quingentoſ. & totidem ireoſ. cinamomi & balſami.
eſt autem & hec ſpecieſ ſuauiſ odoriſ. prioriſ autem
menſure medietatem iuſſit contuſam miſceri: oleiq;
oliuarum ponduſ menſure puincie que dicitur duaſ coaſ atticaſ
capere. Quibꝫ pmixtiſ & coctiſ facta eſt. arte unguentari
orum unctio ſuauiſſima. Deinceps ſumenſ hoc. ipſoſ ſacer
doteſ & omne tabernaculum ungenſ purificauit: offe
renſ hoſtiaſ multaſ & uariaſ tabernaculo. Deinde au
reum thuribulum quod magni erat honoris. & reliqua
quorum preterео narrare naturam ne multiloquium legen
tibꝫ fiat. Secundo autem in die id eſt ante ortum ſoliſ & oc
caſum incenſum fieri oportebat omnino: oleumq; pur
ganteſ ad luminaria conſeruabant: quorum treſ equidem
lucerne ſup ſanctum candelabrum lucebant deo tota
die: relique uero accendebantur ad ueſperum. Omnium
uero que facta ſunt optimi opificeſ. beſebel. & eliab fu
erunt. Nam & prioribꝫ artificibꝫ ipſi prepoſiti erant

ad meliorem operationem iugiter exercendam: et intelligentiam rerum. quarum instructionem primitus ignorabant. Horum itaque beselel: meliorem contigit iudicare. Igitur omne tempus ad opus faciendum transiit in mensibus septem: et ex quo egyptum reliquerunt. primus eis annus impletus est. Inchoante uero anno secundo mense xantico secundum macedones. nisan uero secundum hebreos in nono mense tabernaculum consecrauerunt et omnia uasa eius que iam declarata sunt. Ostendit autem se deus gauisum in operibus hebreorum. et non frustra eos laborasse in pulchritudine illius edificii. sed accessit et inhabitauit in eo templo. Presentiam namque suam hoc modo fecit. Celum siquidem mundum erat. super tabernaculum uero solum modo caligo facta est. non alta nube satis aut densa circumdans illud ut putaretur esse tempestas: neque rursus ita subtilis fuit. ut ualeret per eam aspectus aliquid contueri. gratumque ros exinde defluebat: pandebatque dei presentia his qui et uolebant pariter hoc et credebant. Moses autem cum artifices qui talia fuerant operati. dignis muneribus honorasset: sacrificauit in tabernaculi uestibulo secundum mandatum dei taurum et arietem et hedum pro peccatis. Dicturus enim de his que ad sacrificia pertinent. etiam de his que circa sacrificia celebrantur. indicaturus sum: simul et de quibus iussit holocausta fieri. et que comedenda tanquam cibos lex ait. Mactatis igitur animalibus que predixi. ex eorum sanguine uestem aaron. ipsumque cum filiis aspergebat: purgans eos fontium aquis et unguento. ut dei fierent sacerdotes. Septem itaque diebus hoc modo ipsos et eorum uestes curabat. tabernaculum simul et eius uasa oleo prelibato sicut iam dixi. et sanguine taurorum et hircorum immolatorum per singulos dies id est uno quoque secundum genus. octaua uero festiuitatem denunciauit populo: et quemque secundum uirtutem immolare precepit. Illi uero alterutros emulati. et superare sacrificiis semetipsos festinantes: dictis obediebant. Impositis autem hostiis super altare. repente ex eis spontaneus ignis accensus est. et similis flamma fulgori choruscationis emicuit: et omnia que erant super altare consumpsit. Contigit autem post hec et aaron calamitas quedam: ut tamquam homo simul et pater de ea cogitaret: quam tamen fortiter tolerauit. quoniam et circa casus animo fortis erat. et hoc uoluntate dei peruenisse iudicabat. Ex quatuor namque eius filiis quos iam dixi. duo seniores nabath et abiuth portantes super aram hostias. non quas predixerat moses sed quibus prius utebantur subito concremati sunt: super eos igni magno impetu ueniente. et pectora faciesque eorum inflammante. ita ut nullus eum ualuisset extinguere. Et illi quidem: ita defuncti sunt. Moses autem iussit patrem eorum et fratres portantes corpora. ut extra castra deducentes honore congruo sepelirent. luxitque eos plebs nimis amare: propter mortem que sic eis inopinabiliter accessisset. Solos autem fratres eorum et patrem. non cogitare ex hac tribulatione moses exorabat: cum deberent preponere dei honorem sue tristicie. Iam enim aaron et stola sacerdotii utebatur indutus. Itaque moses honorem respuens quem sibi multitudinem uidebat offerre: solum deo ministerium exhibebat. et aliquando quidem ad montem syna ibat: aliquando uero in tabernaculum ingrediens responsa poscebat de quibus seorsum rogabat dominum. Et stola priuatus aliis se cunctis publicum demonstrabat. in nullo ab aliis differre studebat: nisi tantum ut eorum utilitati prouidere uideretur. Insuper et conuersationem eorum scribebat in lege. secundum quam deo grati uiuerent: et in nullo alterutros accusarent quoniam tamen dei precepto constituit. Hunc igitur de conuersatione et legibus eorum exponam. Quod autem de ueste pontificis pretermisi: uolo proferre. Nullo modo enim malignitatibus prophetarum reliquit occasionem: si qui tamen tales sint: ut dignitatem dei temptent agnoscere. Omnipotentem deum. legentes scire dereliquit. siue ad sacra ueniat siue adesse nolit. Et hoc non solum hebreis uoluit esse manifestum: sed etiam peregrinis ista legentibus. Lapides autem quos ferre super humerum dixi pontificem: erant sardonices. Eorum enim puto naturam amplius omnium ad humanam noticiam uenientium effulgere. Dum ergo sacrificiis deus adesset. alter qui in dextro humero portabatur micabat: et ex eo ita splendor prosiliebat ut etiam procul positis appareret. cum prius hoc lapidi non inesset. Et hoc itaque mirabile est: his tamen qui non abiectionem sed sapientiam diuinorum operum nanciscuntur. [vel querunt] Quod uero est mirabilius dicam. Per duodecim enim lapides quos super pectus pontifex sutos messin. id est in rationali portat: uictoriam pugnaturis deus prenuntiabat. Tantus enim splendor fulgebat in eis cum nondum exercitus moueretur: ut omni fieret multitudini manifestum. eorum auxiliis adesse deum. Unde greci qui nostras sollempnitates honorant eo quod nichil his contradicere ualeant: essin rationale

uocant. Cessauit itaque et essin et sardonyx splendescere annis
ducentis. antequam ego hec conscriberem. cum deus moleste fer-
ret transgressiones legum: de quibus sub oportunitate dice-
mus. Hunc autem ad consequentia uerba conuertar. Ta-
bernaculo scilicet iam dicato. et exornatis sacerdotum rebus.
populus deum apud se esse cum tabernaculo iudicauit. et
ad sacrificia simul et requiem conuersus: quasi omnem iam
molestiam respuisset. Et de futuris meliora desiderantes:
munera deo alia quidem communiter. alia uero seorsum de
singulis tribubus offerebant. Principes enim tribuum bini
et bini conuenientes: uehiculum et duos boues offerebant.
Eratque uehicula sex: et ita tabernaculum in itineribus
deuehebant. Ad hec autem unusquisque eorum fialam thuri-
bulumque portabat. et capsam capientem clarios decem ple-
nam thimiamatibus. Thuribula uero et fiale argentea
erant: utraque habens siclos ducentos. In fiala tamen: sep-
tuaginta solummodo expensi sunt. Hec erant plena farina
oleo conspersa: quibus utuntur ad sacrificia. Super illas autem
oblationes uitulum et arietem cum agno annotino ad holo-
caustum: id est totum incendendum. et cum his hyrcum
pro ablutione peccatorum offerebant singuli principum. Sed
et alia sacrificia que salutaria appellantur. per singulos
dies boues duos et arietes quinque cum agnis et hedis anniculis.
Isti enim sacrificabant per duodecim dies: unus in tota die.
Moses autem nequaquam ascendebat in montem syna.
sed ingrediens tabernaculum consulebat deum de actuum
legumque dispositione. quas humane sapientie precellen-
tes oporteret firmissime omni tempore custodiri: et donum
dei esse cunctis ostendi. talesque fore: ut eas hebrei nec in pa-
ce per epulas. nec in bellica necessitate transcenderent. Sed de
his quidem legibus disserere suppono: aliam conscriptionem
facturus. Hunc tamen quarundam memorabo paucarum:
de purgatione et sacrificiis positarum. Et enim sermo michi
de sacrificiis: faciendus est. Duo sunt enim sacrificia. quorum
aliud quidem ab uno quoque proprie: aliud uero celebratur
a plebe. Et hec quidem duobus modis efficiuntur. Aliud
quidem quando totum quod immolatur incenditur. et
propterea etiam nomen holocaustomatis habet. id est totum
incensum: aliud uero quod pro gratiarum actione persoluitur.
et ad epulas immolationum exhibetur. De priori namque
narrabo. Vir priuatus holocaustum faciens: immolat quidem
bouem. et agnum. et hedum. et hec quidem annicula.
Boues autem permittuntur immolari. etiam iam maiores.
sed hec omnia masculini generis fiunt holocausta. His
autem cesis lymbum altaris sanguine perfundunt sacer-
dotes. deinde purgantes ea membratim incidunt. et omnia
super altare ponunt lignis instructum et subiecto igne flam-
matum. Pedes autem cum nitore flammantes et interim
pinguedinem una cum aliis offerunt. Pelles autem sacer-
dotes accipiunt. Et holocaustomatis quidem iste modus
est. Pro gratiarum uero actione hostias celebrantes: hec ani-
malia sacrificant. Matura quidem et anniculis grandio-
ra mascula tamen feminis combinata. Immolantesque hec
fundunt quidem sanguinem super aram. Renes autem
et adipes et omnem pinguedinem cum reticulis iecorum: et cum
his caudas agni super ponunt aram. pectora autem et crura
dextra sacerdotibus prebent: et duobus diebus de reliquis car-
nibus epulantur: quecumque uero remanserint. concremantur.
Similiter autem predicto modo. sacrificii etiam pro peccatis ho-
stie celebrantur. Qui uero maiora sacrificia non habent:
offerunt columbas aut turtures duas. quarum alia quidem
sit in holocaustum deo: alia sacerdotibus datur in cibum.
Tertius autem de sacrificiis horum animalium: in sacri-
ficiorum sermone dicemus. Qui enim per ignorantiam in pecca-
tum inciderit. agnum et hedum feminam eorundem annorum
offert. et sanguinem quidem fundit sacerdos in aram. non
sicut prius. sed angulorum tangit extremitates: et renes aliaque
adipem cum reticulo iecoris super altare imponunt. Sa-
cerdotes autem tollunt et pelles et carnes: ea die consu-
mendas in templo. Lex enim incras relinqui non sinit.
Qui uero peccat quidem sibique conscius est. et nullum ha-
bet qui eum possit arguere: arietem immolat lege pre-
cipiente. cuius carnes in templo similiter sacerdotes come-
dunt ea die. Principes autem in quibus peccant sacrifi-
cantes ea quidem offerunt: que priuati. Placant autem
deum. offerendo ad sacrificia taurum et hedum mascu-
los. Lex autem precipit in priuatis publicisque sacrificiis:
etiam farinam mundissimam adici. In agno quidem as-
sari mensuram. in ariete uero duorum. in tauro trium. et
hoc sanctificant super altare oleo mixtum. Nam et oleum:
offertur ab immolantibus. In boue quidem. hin medietatem.
in ariete autem huius mensure tertiam partem. et quartam
partem in agno. Hin autem mensura hebreorum antiqua
fere coas atticas duas habet: secundum quam mensuram olei
offerebant. Siquis autem sacrificium non celebrans pro-
to simile primitias offerat: unam dragmam super aram

mittit. reliquam uero ad uescendum sacerdotes accipiunt: aut coquendum. nam et oleo fermentatur. aut certe ad faciendos panes: sacerdote tollente quodcumque ex ea necessarium est ad holocaustum. Prohibet lex immolari natum: una cum genitrice. Sed nec aliter immolari permittit: nisi cum octaua dies nati transierit. Fiunt autem et alia sacrificia plangoribus euitandis. aut pro aliis causis: et equalia libamina cum hostiis expenduntur. quorum aliquid in crastinum lex remanere prohibet. sacerdotibus scilicet propriam sumentibus partem. Ex publico autem sumptu lex est agnum anniculum singulis diebus occidi: inchoante die et terminante. Septima uero die que sabbatum nuncupatur duos occidunt: eodem sacrificantes modo. In initio autem mensis. et cotidiana sacrificia. duos boues cum agnabus anniculis septem: et ariete mactant. Hedum autem pro declinatione peccatorum: si forte per casum obliuionis eueniant. Septimo uero mense quem macedones hyperbetheum uocant. adicientes his que predicta sunt taurum et arietem: et septem agnas immolant et hedum pro peccatis. Offerunt autem super hec duos hedos. quorum alter quidem uiuus ultra terminos deserti dimittitur: futurus pro totius populi expiatione et declinatione peccatorum: alterum uero in suburbanis in locum purissimum deducentes. cum ipsa pelle totum incendunt: nichil omnino purgantes. Concrematur autem simul taurus non oblatus a populo: sed ex proprio sumptu preparatus pontificis. Quo interfecto et allato in templum sanguine eius simul et hyrci: aspergit septies digito contra mensam. Eodem autem numero et pauimentum totumque templum. et auream aram et reliquum quod est maius circa uestibulum portans super hec extremitates. et renes et adipem. cum reticulo iecoris super imponit altari. Prebet autem et arietem deo pontifex ad holocaustum. Quinta die uero eiusdem mensis et decima. tempore ad hiemem uergente tabernacula figere iussit singulas per familias: metuentes frigus panni custodia. Dumque patriam peruenirent. in illa ciuitate quam propter templum metropolim haberent. festiuitatem eos octo diebus agere. et holocausta fieri. et sacrificare deo. et pacificas offerre precepit: ut que in manibus portarent ramos myrte et salicis. summitatesque palmarum et uirgulas mali persici. Prima itaque dierum holocaustum his fit hostiis. Ex tribus et decem. et agno uno aut pluribus et arietibus duobus adiecto hyrco: pro declinatione

peccatorum. Sex autem diebus ipse quidem numerus et arietum et agnorum cum hirco sacrificatur. Subtrahitur autem singulis diebus unus bos donec ad septimum ueniatur. et ab omni opere die octaua requiescunt: et deo sicut prediximus uitulum immolant et arietem. et agnas septem. et hyrcum pro declinatione peccatorum. Hec quidem hebreis tabernacula figentibus celebrare patrii moris est. Mense uero rumantico qui apud nos nisan appellatur id est anni principium. quarta decima luna. sole opposito in ariete. quo mense liberati sumus a seruitute egyptiorum. sacrificium quod tunc egredientes ex egypto fecerunt. immolare nos annis singulis quod pascha dicitur celebrare sanciuit: et utique immolamus illud per tribus nostras. nichil immolatorum in crastinum reseruantes. Quinta decima autem succedit festiuitas azimorum que septem diebus celebratur. in qua azimis uescuntur et singulis diebus tauri occiduntur duo: et aries quidem unus. agne uero septem. Et hec holocausta fiunt. Hyrcus quoque pro peccato adicitur per singulos dies ad epulam sacerdotum. Secunda uero die azimorum que est sexta et decima. frugum primitias quas metunt. antequam ex eis uescantur. deum iudicantes iustum esse primitiis honorari. quo sint hac ubertate completi: offerunt isto modo. Siccantes spicarum manipulum et contundentes. et munda ad coquendum hordea facientes. are dei assarium offerunt et unam dragmam ex eo mittentes. reliquum sacerdotum usui derelinquunt: et tunc iam licebit omnibus pro sua metere uoluntate. Immolant autem in primitiis frugum. agnum ad holocaustum deo. Septima uero septimana transacta post hoc sacrificium. quarum septem ebdomadarum dies sunt. quadraginta et nouem pentecosten celebratur: quam hebrei asarta uocant. quod significat pentecosten id est quinquagesimam. In qua offerunt deo panes. de alfita siccata factos. cum fermento assariorum duorum: et ad mactandum agnas duas. Hec equidem deo solummodo offeruntur. nam cetera sacerdotibus preparantur: nichilque ex eis in crastinum relinqui permittitur. Immolant autem ad holocaustum uitulos tres et arietes duos et agnos quatuordecim: duosque pro peccato hyrcos. Nulla uero festiuitas est in qua holocaustum non faciant aut in qua ex operibus laborum requiem non habeant. sed in omnibus et legitima immolationis species et uacationis certus est modus. et eorum que ad epulandum immolantur. ex communi tamen simila cocta. fermento carens

datur aſſariorum uiginti & quatuor. & ad paneſ faciendoſ ex
penduntur. Coquuntur enim duo & duo diuiſim ante
ſabbatum. & ſabbato mane oblati ſuper ſacram menſam
ponuntur ſeni ad alterutroſ conuerſi. pateriſ duabus aureiſ
ſuppoſitiſ thure plenis. qui permanent uſque ad aliud ſabbatum
& tunc pro illiſ alii deportantur. illi uero ſacerdotibus exhiben
tur. Et thure incenſo in igne ſacro in quo omnia holocauſta
fiunt. aliud thuſ ſuper alioſ paneſ adicitur. Immolat au
tem ſacerdoſ de propriiſ expenſiſ ſecundo per diem farinam oleo
mixtam. & modica coctione duratam. quo fit menſura uniuſ
aſſarii. cuius medietatem quidem mane. aliam uero medietatem
meridie igni ſolent offerre. De hiſ itaque integriorem denuo
declarabo ſermonem. Sufficienter autem mihi nunc de hiſ
uideor enarraſſe. Moſeſ autem tribum leui a communio
ne populi ſegreganſ. ſacram utique futuram ſanctificauit
fontium aquiſ & ualde puriſſimiſ. & ſacrificia pro talibuſ
legitima prebenſ deo. tabernaculum eiſ ſacrataque uaſa & reliqua
quecumque ad tegmen tabernaculi uidebantur feciſſe contra
didit. quatinuſ preſidentibus & dicatiſ iam deo ſacerdoti
bus miniſtrarent. Et de animalibus diſcreuit ſingula que co
mederentur. & a quibus ſe penituſ abſtinerent. de quibus cum
nobis occaſio huiuſ ſcripture peruenerit edicemuſ. adicienteſ
& cauſaſ per quibus motuſ alia quidem ad cibum eſſe prece
pit. abſtinere autem ab aliiſ imperauit. Sanguiniſ autem
totiuſ uſum. ad ueſcendum modiſ omnibus interdixit. ani
mam illum & ſpiritum eſſe putanſ. Sed & carneſ ſponte mor
tui animaliſ eſum omnino prohibuit. & ab adipe & reticu
lo caprino & ouino & bubalino abſtinendum eſſe predixit.
Expulit a ciuitate etiam corpore leproſo maculatoſ. & ſe
mine defluenteſ. Sed & mulieres quibus fit purgatio naturaliſ.
remoueri iuſſit uſque ad ſeptimam diem. poſtquam
quaſi purgataſ remeare permiſit. Similiter autem & mor
tuo facienteſ exequiaſ. poſt totidem dieſ legitimum eſt
redire. Eoſ autem qui poſt horum numerum dierum inpol
lutione conſiſtunt. ſacrificare legitimum eſt. duaſ agnaſ.
quarum alteram quidem ſanctificare conuenit. alteram
uero ſacerdoteſ accipiunt. Similiter autem immolant & pro
eo cuiuſ defluit ſemen. quotienſ per ſompnium hoc patitur.
deſcendente eo priuſ in aquam frigidam. Idem facit. &
qui cum legitima uxore concumbit. Leproſoſ autem omni
modiſ expulit a ciuitate. cum nullo penituſ conuiuenteſ.
& nichil a mortuiſ differenteſ. Si uero quilibet ſupplican
do deo hac egritudine liberetur. ſanique colorem aliquando
recipiat. diuerſa deo ſacrificia compenſabit. de quibus poſt hec
dicemuſ. Unde etiam irridebit quilibet eoſ qui dicunt
moſen lepra fatigatum. & propter hanc cauſam ſimilium
proiectorum factum ducem. in chananeam ueniſſe cum eiſ.
Si enim hoc fuiſſet uerum nequaquam moyſeſ hanc in
iuriam ſuam ſanxiſſet. cum magiſ rationabiliter etiam
hoc introducentibus aliiſ contradicere preualeret. quando
& apud genteſ multi leproſi ſunt. & fruantur honore
precipuo. & non ſolum iniuria & expulſione priuentur.
ſed etiam militiaſ mereantur inſigneſ. & ciuilia eiſ cingula
committantur. & in ſacriſ & templiſ ingrediendi habeant po
teſtatem. Quapropter in nullo prohibebatur moyſeſ. ſi aliqua
huiuſmodi paſſione circa colorem. ipſe aut multitudo que
cum eo erat uexaretur de iſtiſ meliora ſancire. nullumque
detrimentum huiuſmodi paſſionibus cogebatur inferre. Sed
palam eſt. quoniam hec de nobis inuidia concitati loquuntur.
Moyſeſ autem ab hiſ munduſ exiſtenſ. etiam mundiſ
contribulibus conſtitutiſ de languentibus hoc morbo ſanci
uit. & pro dei hoc honore decreuit. Sed de hiſ equidem
unuſquiſque cogitet quod uoluerit. Mulieres autem
quando pariunt intrare in templum prohibuit. ſacrifici
aque contingere non permiſit uſque ad quadrageſimum diem.
ſi maſculum ſit quod pariatur. duplicibuſque diebus ſi femi
nam generari contigerit. Ingredienteſ autem poſt pre
dicte dilationiſ tempuſ ſacrificia celebrabunt. que ſa
cerdoteſ ſollempniter deo diſtribuunt. Si quiſ autem ad
ulteratam ſuam ſuſpicatur uxorem. offert farine orde
acie aſſarium. & unum pugillum ex ea mittenſ in alta
re. reliquum dat ſacerdotibus ad edendum. Mulierem uero
conſtituat aliquiſ ſacerdotum ad ianuaſ que ſunt con
uerſe ad templum. & uelamen capitiſ eiuſ detrahenſ
ſuper ſcribit quidem in menbrano dei uocabulum. iubet
que iurare nichil eam uiro nocuiſſe ſuo. nec pudicitie uin
culum diſrupiſſe. Quod ſi commiſit. ut femore dextro diſ
iuncto. uteroque putrefacto moriatur. ſi uero amore nimio
& huius rei zelo petulanter marituſ hac ſuſpitione mo
uetur. in menſe ſeptimo & puer maſculuſ generetur.
perfectoque iure iurando dei nomen diluenſ e menbrano in
fiala exprimit. ſumenſque terram de templo circa parie
teſ iacentem. & ſuper aſpergenſ mulieri dat bibendum.
Illa uero ſiquidem iniuſte accuſata eſt. concipit. & par
tuſ eiuſ nutritur in utero. ſi autem de thoro maritali
mentitur deo cum confuſione uitam reliquam ſuſtine

bit. Nam et femur eius putrescit: et uter uertitur ad ydropem. Et de sacrificiis quidem et purgationibus eorum: moyses contribulibus suis ita prospexit. Leges autem eis tales exposuit. Adulterium quidem omnino prohibuit: felicissimum esse credens uiros. circa thoros esse securos et ciuitatibus simul et domibus filios expedire ueraces esse: sed et matribus misceri tanquam malum maximum lex negauit. Similiter uxori paterne. et nuribus et sororibus coire quemquam filiorum: tanquam prauam iniusticiam nimis odiuit. Prohibuit autem et mulieri naturaliter pollute misceri. et iumentis et masculis: eo quod hec libido nequissima uideatur. et aduersus eos qui hec presumunt. mortis supplicium prouenire decreuit. Sacerdotum uero duplicem fecit purgationem. Nam et ab istis similiter eos abstinere iussit. et super hec neque meretrices. neque concubinas eos habere permisit neque ancillam neque captiuam eis nubere uoluit. Sed et eas que de cauponibus et pandocibus uitam agunt. et que prius maritos habentes. et pro causis quibuscumque dimisse sunt. ab eorum coniunctione prohibuit. Summum uero pontificem. neque mortui uiri habere permisit uxorem. licet hoc aliis concessisset: sed huic soli dedit nubere uirginem. eamque seruare. Unde neque ad mortuum. sacerdotum summus accedit: cum reliqui non prohibeantur sollempnia fratribus et parentibus et omnibus suis mortuis exhibere. Quos iubet esse simplices: omni simplicitate. Qui uero inter sacerdotes integer non est: pasci quidem de oblationibus iussit sacerdotis. accedere autem ad altare in templum introire prohibuit. Hos itaque non solum circa sacrificia mundos. sed etiam circa conuiuia et cultum suum studiosos et inculpabiles esse precepit. Ob quam causam: stola sacerdotali uestiti et immaculati. et circa omnia mundi sunt: et sapientes existunt. Bibere uinum donec stola uestiti sunt prohibentur. insuper et oues immolant integras: et in nullo pollutas. Hec igitur etiam in tempore uite sue gesta tradidit moses: quorum quedam et in deserto degens adinuenit. quatinus dum chananeam perciperent hec seruarent. id est anno septimo requiem terre prebeant ab aratro et plantationibus. sicut ipsos septima die ab operibus cessare sanciuit: ut que sponte oriuntur de terra essent uolentibus in usu communia: et contribulibus et extraneis. nichil quoque ex eis seruarent. Hoc autem fieri post septimanam annorum septimanam iussit: qui sunt anni quidem quinquaginta. Vocaturque ab hebreis annus hic quinquagesimus: iubileus. In quo et de-

bitores a creditore laxantur: et serui liberi dimittuntur. quia cum essent contribuli pro quadam transgressione legum eos seruitutis scemate castigauit mortemque sustinere prohibuit. Instante siquidem iubileo quod nomen significat libertatem: restituunt etiam agros antiquis dominis isto modo. Conueniunt uenditor agri simul et emptor. et reputantes fructus et expensas in agro factas: fructibus exuberasse compertis. uenditor recipit agrum. Cum uero expense transcendunt. hoc quod deest emptor recipiens a possessione discedit: commutatis scilicet ex equo fructibus et expensis. possessoribus prioribus reddit agrum. Eandem legem uoluit etiam et in domibus optinere: que per uicos quosque uenduntur. Nam de his que in ciuitatibus uenduntur: aliter diffiniuit. Siquidem antequam impleatur annus recipiat pecunias: reddere domum cogit emptori. Si uero completus annus fuerit: possessionem confirmat emptori. Hanc igitur moses legum constitutionem dum sub monte syna moraretur exercitus a deo cognouit: et hebreis scriptam ipse contradidit. Cum uero circa legis lationem iam putaret ista sufficere. ad exercitii militaris iura conuersus est: habens in animo bellicas causas attingere. Precepitque principibus tribuum preter tribum leui: ut numerum pugnare ualentium perfecte cognoscerent. Leuite enim sacrati erant: et ministerio alio fungi non poterant. Examinatione itaque facta. inuenta sunt milia sexcenta et tria. et sexcenta quinquaginta: qui potuissent arma producere. a uicesimo anno usque quinquagesimum. Pro leui tamen elegit inter principes tribum manasse filii ioseph: et effraim pro ipso ioseph. Hec autem fuit supplicatio iacob ad ioseph: dum fecisset filios eius sibi preberi sicut predixi. Figentes autem castra tabernaculum in medio statuebant: et terne tribus per latera singula tabernaculi commanebant. et (ornatus) plateas per medium habebant. Eratque platea quasi fori rerum uenalium: singulis in ordine constitutas. Et opifices artium singularum in stationibus erant: nullique alio loco quam ciuitati competenter edificate et collocate similis erat. Ea siquidem que circa tabernaculum erant sacerdotes tenebant: deinde cuncti leuite. Exquisiti sunt etiam leuite masculi qui ultra .xxx.ta dies essent: inuentique uiginti duo milia. octingenti octoginta. Quotiens uero super tabernaculum stare nebulam contingebat: tanquam deo ibidem commorante quiescebant: cum uero conuerteretur procedebant. Adinuenit autem et modum tube ex argento facte: que est huiusmodi. Longitudinem quidem habet pene cubitum. Est autem angusta fistula cantatoria. calamo capa-

tior. prebens latitudinẽ que conueniat ori ad susceptionem
sp̃c. & classico sono uicina que hebraica lingua uocatur
asosra. Facte sunt tales due. & una quidem utebantur ad
iussionem & collectionem populi in ecclesiis celebrandam.
altera uero cũ oporteret ad cogitandum de rebus necessariis
principes conuenire. Ambabus autẽ: multitudo colligebatur.
Cũq; tabernaculum mouerent. hec fiebant. Insonante priore q̃
habitabant ad orientalẽ tabernaculi partem surgebant. Cũ
uero secũda sonuisset: qui ad austrum residebant apparabantur.
Et ita in theca inuoluta tabernaculi medietas. precedentibus sex
tribubus portabatur. & alia media sequentibus sex. Leuite uero
omnes: circa tabernaculum erant. Tercia uero sonante. pars que
conuersa ad occidentẽ ferebatur. & quarta que circa sep-
tentrionem. Vtebantur autẽ his tubis. etiam in sacrificiis
hostias offerentes. & sabbatis ceterisq; diebus. Sacrificauit
autẽ tunc primus. post discessum ex egypto quod dicitur pascha
in deserto. Et post paululum procedens a monte syna & loca
quedam commutans de quibus dicemus: ad locum qui dicitur eser-
moth uenit. ubi rursus multitudo seditionem fecit accu-
sando moysen. & necessitates profectus sui dicendo. & quia
de terra eis bona suasisset exire. & cum illam perdiderint. pro
felicitate quam se promiserat prebiturũ diuersis miseriis tene-
rentur astricti. & aqua priuati. & si contingeret ut etiam
manna deficeret: essent sine consolatione perituri. Cũq; mul-
ta seuiora in illum uirum dicerent: unus quidem mone-
bat eos. ut neq; moseos laborumq; eius exhibitorum pro salute
cunctorum. immemores esse deberent: nec de dei adiutorio de-
sperarent. Plebs ad hoc potius est commota: & contra moy-
sen maior turba consurgebat. Moyses itaq; confortans eos
tali desperatione deiectos: licet turpiter ab eis fuisset contume-
liam passus. tamen promisit eis se carnium multitudinẽ pre-
biturum: non uno die sed plurimis. Illis autẽ non credentibus
& dicente quodam. unde posset hec tantis milibus que perdixe-
rat ministrare: deus inquit & ego. licet mala audientes a uobis non
tamen recedimus operantes pro uobis: & istud non tarde proueniet.
Cumq; dixisset hec coturnicibus repletus est omnis exercitus.
colligebantq; eas circum astantes. Deus autem non tarde hanc
reddidit hebreis iniuriam: & maledictum in se commissum.
Non parua siquidem multitudo eorum: mortua est. Et hactenus
locus ipse cognominatur cabroth: aliterq; interpretari potest.
desiderii sepulture. Ducens autẽ eos exinde moyses in terram
que uocatur conuallis iuxta chananeorum terminos existentẽ.
& ad habitandum difficilem. populum in ecclesiam congregauit.

Nequissimis lanceam coturnicum tulit escam

eisq; in contione locutus est dicens. Cum deus nobis duo bona
promiserit. libertatẽ scilicet & felicis terre possessionẽ. aliud eo
dante iam possidetis: aliud estis percepturi celeriter. In finibus
namq; sedemus chananeorum. Arcebitq; nos de cetero proceden-
tes neq; rex neq; ciuitas: sed neq; omnis eorum exercitus. Ergo pre-
paremur ad bellum. Non enim sine labore nobis hec terra
conceditur. sed maximis eam periculis obtinebimus. Mittamus autẽ
exploratores qui huius terre bona considerent. & que uirtus in ea
sit habitantium. Ante omnia uero unanimes simus. & dominum qui
est in omnibus nobis adiutor & pugnandi socius honoremus. Hec
itaq; cum dixisset moyses: multitudo ei honorẽ exhibuit.
Elegitq; notissimos uiros exploratores duodecim unum
de una quaq; tribu: qui circumeuntes omnẽ terram chana-
neorum a partibus circa egyptum iacentibus. usq; ad ciuitatẽ
emathin ad montem libanũ peruenerunt. naturamq; terre & in-
colarum hominum considerantes ualidam reuersi sunt:
quadraginta diebus omne hoc opus explentes. Insuper &
fructus quos proferebat illa terra portantes: eorum habundan-
tiam & multitudinẽ bonorum que terra illa habet narrabant.
A uoluntate tamen bellandi populum suspendebant: metuen-
tes paupertatis sue inopiam dicentesq; flumina impossibilia
transituros. & esse montes insuperabiles iter agentibus. & ciui-
tates muris ualde fortissimas. & ambitus earũ grandi mu-
nimine roboratos. In ebron autem: & gigantum prolem
se inuenisse dicebant. Et exploratores quidẽ uidentes.
quod cunctis quos ab egypto egredientes inspexerant. maio-
res essent chananei: & ipsi tabuerunt. & multitudinem
hoc credere compulerunt. Illi autẽ ex his que audierant:
possessionem terre illius sibi difficilem iudicabant. Solutoq;
concilio cum uxoribus & filiis lugentes degebant. tanquam
deus nichil eis ope sed tantum uerbo promitteret. Rursumq;
moysen increpabant. & inclamabant ei eiusq; fratri atq; pon-
tifici: & pessimam quidam licet cũ illorum blasphemiis habu-
erunt noctẽ. Mane uero ad ecclesiam concurrerunt. deliberationẽ
habentes interfecto moyse & aaron: ad egyptum denuo re-
meare. Vnus autem explorator ihesus filius naue de tribu
effraim. & caleph de tribu iuda metuentes. in medium proces-
serunt: tenebantq; multitudinem confidere supplicantes.
& neq; dominum falsitatis arguere. neq; credere his que prius
non uere de chananeis dicta uidebantur: sed sibi potius qui
ad felicitatem & possessionem bonorum eos decenter inuitarent:
quando neq; montiũ magnitudo. neq; altitudo fluuiorum uir-
tutem colentibus effectum poterit impedire. maxime cũ

deus securitatem prebeat. et eorum propugnator existat. Pergamus ergo dicebant simul ad hostes. nullam timoris habentes suspitionem. sed duci credite deo. nosque sequimini quo uocamus. Et illi quidem dicentes hec: nitebantur iram populi mitigare. Moyses autem et aaron in terra prostrati dominum rogabant non pro salute: sed ut quiescere faceret ignorantem plebem. eorumque sedaret animos hesitationis passione turbatos. Astitit autem et nubes: et instans super tabernaculum. significauit dei presentiam. Moyses autem iam confidens in media astitit multitudine. deumque permotum per eorum pandebat iniuria. percepturosque fore supplicium non quidem delicto dignum: sed quale patres pro correptione inferunt filiorum. Cumque transissent in tabernaculum coram deo. profutura eorum perditione deflebant: commemorabantque populum que passio hec et quantis beneficiis participati ingrati circa eum existerent. quando etiam nunc exploratorum timore decepti. sermones illorum potius quam promissiones dei iudicauerint ueriores. et ob hanc causam non equidem perderet omnes: neque eorum exterminaret genus. quod omnibus hominibus haberet apud se potius honoratum. uerum chananeorum terram non eos esse potituros. neque eius felicitate letaturos: sed etiam sine domibus et ciuitatibus in deserto quadraginta annis esse uicturos. et hanc penam pro iniquitate soluturos. Filiis autem uestris deus terram daturum se compromisit: illosque patrie patituros bonis et dominos eorum fore. que uos ipsi uobis inuidistis accipere. Cum hec itaque moyses dei uoluntate dixisset: in tristiciam et erumpnam multitudo conuersa est. rogabantque moysen. ut eis propicium faceret dominum. et a deserto liberatis. preberet urbes. Ille autem dicebat dominum non huiusmodi habere consilium. neque secundum leuitatem humanam ductum circa indignationem eorum: sed habita deliberatione in eos sententiam protulisse. Non itaque iudicandum est. hoc oportere discredi: si moyses cum uir unus esset tanta milia hominum potuit mitigare. et ad mansuetudinis uota reducere. Deus enim assistens ei: uinci multitudinem sermonibus eius preparauit. quippe cum sepius inobedientes. inutilem sibimet fuisse inobedientiam cognouissent: itaque in calamitatibus incidentes. Mirabilis itaque fuit uir ille uirtute et fortitudine ad credendum sibi: de quibuscumque populus audierat. Et hoc non solum tempore quo uixit: sed etiam nunc est. Nullus est enim hebreorum: qui non tamquam presente eo et castigante si forte sit moribus incompositus obediat sanctionibus eius: licet alios latere possit. Et talia quidem indicia ultra humanam uirtutem eius existunt. Olim enim quidam trans eufraten habitantium quatuor mensium itinere uenientes propter honorem sacrificii nostri. cum multis periculis simul et sumptibus sacrificantes. non ualuerunt immolatione participari: interdicente hoc moyse quibuslibet qui non sint nostris legibus erudita. neque nobis ex patria traditione coniuncta. Et alii quidem neque sacrificantes. alii uero semiplena sacrificia relinquentes. alii autem neque initium ingrediendi in templum ualentes facere discesserunt: obedire moyseos preceptis potius quam suam uoluntatem facere preponentes. Et cum prohibentem se de talibus non metuerent: solam tamen conscientiam formidantes. Sic legislatio que uidebatur dei: fecit illum uirum meliorem sua natura putari. Sed etiam tempore modicum huius belli. claudio romanis imperante: ismahele apud nos existente pontifice. cum fames nostram regionem talis obtinuisset: ut quatuor dragmis uenderetur assarium. allata farina ad festiuitatem azimorum inchoros septuaginta. qui medymni quidem singuli sunt uiri et triginta. attici autem quadraginta et unus. nullus sacerdotum presumpsit comedere: cum scilicet terram tanta inopia detineret. Quippe cum metuerent legem. et iram quam etiam super iniquitates hominibus occultas solet inferre diuinitas. Igitur non oportet ammirari de his que et tunc gesta sunt: quando etiam nunc littere a moyse derelicte tantam uirtutem habent. ut etiam inimici nostri fateantur. quia is qui constituit rem publicam nostram per moysen eiusque uirtutem deus est. Sed de his quidem ut placuerit unicuique consideret. Explicit liber III. Incipiunt capitula libri IIII.

Hec sunt in quarto libro iosephi iudaice antiquitatis. I. Bellum hebreorum absque noticia moseos contra chananeos gestum atque deuictio. II. Seditio chore et plebis contra mosen. et fratrem eius: de sacerdotio. III. Ea que peruenerunt hebreis in heremo annis octo et triginta. IIII. Quemadmodum seon. et og amorreorum reges uicisset moyses et tribus hebreorum. V. Vita moseos: et quemadmodum ex hominibus est ablatus. Continet tempus hic liber annorum triginta. Incipit liber IIII.

HEBREOS itaque deserti molestia atque difficultas cogebat: etiam prohibente deo ad chananeos accedere. Non enim adquiescebant moseos sermonibus obedire sed etiam preter illius uoluntatem. superare se hostes existimantes. Illum equidem accusabant suspitionem habentes eo quod eorum negociaretur inopiam: et ut semper eius uiderentur egere solatio. Preliari uero contra chananeos aggressi sunt. dicentes dominum non propter mosen eis auxiliari. sed communiter genti sue ferre solatium propter maiores eorum suamque uirtutem. quorum semper prudentiam ha

bere uidebatur. et quoniam qui prius libertatem prebuisset. etiam tunc laborare uolentibus ferre solatia non tardaret. Dicebantque etiam solos posse se hostibus preualere. licet uellet moses deum ab eis alienare. omnibusque hoc expedire ut ipsi sui rectores essent. et non ab egyptiorum iniuria digressi. moseos tyrannidem denuo sustinerent. et secundum eius uiuerent uoluntatem. nec deciperentur quasi diuinitas ei sola utilia per deuotionem predixerit. tamquam non omnes essent de genere abraham. sed unus esset his auctor omnium. cum deus omnia nosse futura preberet. Qui uidentes sapere si eius superbiam contempnentes. et deo credentes optinerent terram. quam eis uolentibus compromiserat. et non propter predictam causam subdi nomine conspicerent prohibente. Ergo cogitantes inopiam atque desertum. propter quae adhuc potius urgebantur. ad chananeorum bella profecti sunt. deum ducem existimantes. et non ad legis latorem solatium sustinentes. donec sibi meliora fore decernerent. Quo facto hostes aggressi sunt. Illi siquidem eorum non obstupescentes inuasionem seu multitudinem. eos fortiter exceperunt. et hebreorum multitudinem interemerunt. Reliqua uero milicia cohortis eorum soluta est. secutique turpiter in tabernaculum confugerunt. et eo quod preter spem tante calamitati occubuissent omnino deiecti sunt. Et nichil utile de cetero sperabant. cogitantes quod hec per dei iracundiam peruenissent. accedentibus ad bellum contra illius uoluntatem. Moses autem uidens suos perditione compressos. et metuens ne uictoria confidentes inimici. et appetentes super eos maiora accederent. iudicauit exercitum in desertum procul a chananeis educere. Cumque multitudo consisteret ei quae utique cognouerat quod absque preceptionibus eius prudentie preualere non posset. eleuato exercitu abiit in heremum. faciens eos ibi quiescere. nec prius chananeos adire donec adeo ad hoc oportunum tempus acciperet. Igitur quod in magno contingit exercitu et precipue apud eos qui inerumpunt calumpniatores existunt et inobedientes. hoc etiam iudeis euenit. Nam dum essent sexcenta milia. et forte pre multitudine consiliis melioribus minime se subicerent. inopie potius et erumpnis nascebantur. et aduersus alterutros et contra ducem. Seditio namque facta est apud eos qualem nec apud grecos nec apud barbaros factam nouimus exorta est. per quam omnes deserendos adeo atque perditionis periculum suscepturos. eripuit moses oblitus malorum. licet paulominus ab eis fuisset occisus. pro quibus periculis nichil mali eos sustinere permisit. licet legis latorem suum contumeliis affecissent. et mandata quae per mosen ipse dederat despexissent. Eripuit tamen eos. quando eis per seditione sua mala peruenire potuerunt. nisi moses ipse eorum periculo prospexisset. Seditionem uero et quemadmodum moses post eam conuersatus est narrabo. predicens causam propter quam talia sunt commissa.

Chore quoque hebreorum et genere nobilis et habundans diuitiis. et lingua facilis. et ad persuadendum plurimus idoneus. uidens mosen in maximo honore constitutum. per inuidiam grauiter hoc ferebat. Nam cum esset ex ea tribu. erat eius pariter et cognatus. Et mordebatur quasi iustius esset ut eam gloriam ipse potius optineret. qui et ditior illo. et genere apud leuitas non uideretur esse deterior. clamabatque dicens esse crudelem mosen gloriam sibimet aucupatum. et hanc per calliditatem adquisisse sub occasione quasi uidetur deum. et contra leges aaron fratri sacerdotium dedit. non communi placito plebis. sed suo iudicio. et super hec more tyrannico honores quibus uellet impenderet. Seuius autem dicebat esse et ultra uiolentiam. quia lesionem latenter uidetur inferre. quando non solum nolentibus sed neque intelligentibus insidias eius honores auferre contenderet. quia cum scierint iniqui homines non se uiolentia preualere. hanc quidem uolentes boni uideri non inferunt. dolosa tamen arte machinantur. quatinus desideratum perueniant ad effectum. His et similibus suadebat plebi. quia utile foret ut dum adhuc huiusmodi latere se credent punirentur. nec sinerentur ad optiorem accedere cumulum. ne manifesti fierent inimici. Adiciebatque dicens. Quam rationem reddere poterit moses ut aaron et eius filiis redderet sacerdotium. Si enim ex tribu leui deus honorem alicui prebendum esse decreuisset. ego hoc iustior sum accipere. genere quidem ipso consistens quo moses. diuitiis autem et fortuna potentior. Si uero maior tribus querit. dignum est ut ruben tribus potius honoretur. et hunc accipient dathan et abyron et falas. Isti enim seniores erant in illa tribu. et potentes facultate pecuniarum. Hec itaque chore dicens. uolebat quidem uideri communi utilitati prodesse. Ope uero agebat ut hunc honorem in se populi suffragatione transferret. Et ille quidem hec maliuole plebi. cum doloso dicebat eloquio. Procedente uero sermone paulatim ad multos et sequentibus auditoribus. contra derogationem aaron omnis exercitus agitatus est. Erant enim concordantes cum chore ducenti et quinquaginta potentes uiri. studentes quatinus fratrem moseos sacerdotii honore priuarent. et pro hoc eum exhonorarent. Tunc itaque populus ut etiam mosen lapidaret aggressus est. et in ecclesiam inordinate et turbulenter conueniebant. et ante tabernaculum dei clamabant omnes. Exeat tyrannus. et populus ab eius seruitio liberetur.

qui sub occasione dei uiolenta mandata precipit. Dicebant enim
quia si deus ipse sacerdotem futurum eligeret. dignissimum ad hunc
honorem proueheret. & non eum multis inferiori daret. Et si de-
creuisset hunc aaron dari coram populo faceret: & non uiris
hoc relinqueret potestate. Moses autem cum derogationem
chore iam ex multo presciret. etiam irritatum populum non ex-
pauit: sed confidens rebus quas fideli deuotione tractabat. &
uoluntate dei sciens fratrem sacerdotium & non suo munere
meruisse ad concilium uenit. & multitudini quidem nichil
omnino locutus est. Ad chore autem clamans. cum esset dexter
etiam in aliis. & ad loquendum populis nimis ingeniosus.
michi inquit chore & tu & unusquisque horum. ostendebat autem ducen-
tos & quinquaginta uiros. honore digni esse uidemini & to-
tum exercitum huiusmodi honore non priuo: licet non habeant
que uos ex diuitiis & culmine alie dignitates existunt. Igitur
sacerdotium in aaron. non eo quod diuitiis precellat cum tu am-
bo nos pecuniarum magnitudine uidearis superare. neque propter
genus quando commune nobis hoc fecit deus. eundem progenitorem
dans nobis: nec propter fraternum amorem. quod iustius alter ha-
bere potuisset. hoc ego contuli fratri. Nam si non cogitarem
de dei legibus. honorem hunc michi potius prebuissem quando
plus legi ego sum uicinus quam alter. & michi magis familiaris
quam alteri existo. Nam neque sapiens consilium erat me-
met periculis subdere: & alio ex tali facto felicitatis dona con-
ferre. sed ego a malicia sum remotus. Deus autem contempni se non
despexit: neque uos ignorare uoluit. quia hoc facientes ei pre-
stastis. & ipse eligens sacerdotem futurum sibi a querela
nos huiusmodi liberauit. Non enim aaron gratia mea hoc &
non iudicio diuino sortitus est. unde ponet hoc deus in me-
dio quasi ad disceptandum: ut nunc qui dignus ad hoc in-
uenitur accedat. Quod enim deus dedit non delinquemus:
si uolentes accepisse iudicamur cum sit impium honorem
quem ille prebet non adire: & nimis irrationabile uniuerso tempore
securitatem permittente deo contempnere. Sed nunc iterum probare
uult eum. qui pro uobis ei debeat hostias immolare: & presul
pietatis existere. Incongruum namque est. o chore: ut quilibet
appetens honorem. deo hunc prebendi cui uoluerit aufe-
rat potestatem. Igitur a seditione & huiusmodi turba quies-
cite: mane uero omnes qui sacerdotium queritis. thuribulum
singuli portantes a uestris domibus cum thimiamate & igne
uenite. Sed & tu chore. cede iudicium deo. & in hiis eius ex-
pecta sententiam & non temetipsum deo uelis facere me-
liorem: sed potius adesto de hoc honore taliter iudicandus.

Nec non & abyron aaron arbitror iniuste esse iudicandum. cum
& eiusdem sit generis. & in nullo possit de rebus sacerdotii iuste
culpari. conuenientesque pariter coram omni populo incensum fa-
cite: & cuiuscumque uestrum sacrificium suaue iudicauerit deus. hic
uobis ordinabitur sacerdos. & ita derogatione fraterna tanquam
ei honorem sacerdotii ego donauerim liberabor. Hec mose
dicente & a turba & ab eius suspitione multitudo cessauit:
& laudauerunt cuncti que dicta sunt. Erat enim uir opti-
mus: & loqui utilia uidebatur. Tunc siquidem: concilium est
solutum. Altera uero die cuncti congregati sunt in ecclesia
ut adessent sacrificio & electioni. de sacerdotio concertantium:
eratque populus conturbatus. cum esset multitudo suspensa spe fu-
turorum. Et alii delectabantur si moses malignius ostendere-
tur: sapientes uero si huiusmodi seditione libarentur. Metu-
ebant enim ne procedente turba ordinator eorum discipline
potius deperiret. Omne siquidem uulgus cum naturaliter queri-
congaudeat de eis qui in potestate sunt constituti. & ad eam
que forte placuerit summopere sententiam: tumultus efficiebat.
Moses autem missis ad dathan & abyron ministris: eos secundum
constitutum uenire iussit: & sacerdotium expectare. Cum uero
nec obedire eos nuntii retulissent. nec uelle dicerent moysi
quasi contra omnem populum malignitate crescente succumbere:
audiens hec a beis moyses. sequi se maiores natu precipiens.
ibat ad dathan & abyron: nec esse putabat indignum ad su-
perbos ire. Illi uero nichil contradicentes: secuti sunt. Dathan
autem & abyron & qui cum eis erant cognoscentes mosen
cum nobilibus populi ad se uenire: accedentes cum uxoribus
& filiis ante tabernacula: respiciebant quid moses esset acturus.
Erantque circa eos famuli constituti: ut si uellet aliquam uio-
lentiam moses facere: uindicarent. Ille uero cum uenisset
in proximum manus ad celum tendens. multumque clamans
ita ut populus cunctus audiret: ait. Domine celi & terre & maris.
tu enim michi meorum actuum fidelissimus testis existis. quoniam omnia
tua feci uoluntate. tu fugientibus prebuisti uiam. misericordi-
am in omnibus faciens necessitatibus hebreorum: esto michi & in
his uerbis adiutor. Tibi namque nec quod agitur. nec quod cogita-
tur absconsum est: & ideo neque comprimis ueritatem. ut horum
contra me uelis ingratitudinem defensare. Antiquitatem
scilicet mee generationis ipse nosti certissime. non audi-
tu cognoscens sed uisu: his que facta sunt tunc assistens. In
his ergo que de me licet ueritatem apte scientes iniuste
suspicantur: testem michi precor existere. Et ego namque
uitam simplicem habens: mea quidem uirtute tua uero

uoluntate: hanc michi raguel socero relinquente. illorum bonorum
adeptionem deserens. meipsum tradidi pro istorum erumpnis et
primo quidem pro utilitate eorum: nunc uero pro salute maximos
labores toleraui: omniumque periculo me pene subieci. Hunc ergo
quoniam uelut malignus in suspitione sum uiris. quorum uita
meo labore subsistit: tu qui michi locutus es in monte syna.
et tue uocis tunc auditorem esse uoluisti. et inspectorem
prodigiorum que in illo loco esse fecisti. et iussisti ad egyptum
properare. et tuam uoluntatem his innotescere: qui egyp
tiorum mouisti felicitatem. et a seruitute his fecisti refugium.
michique potestatem pharaonis paruulam demonstrasti.
et in terram pelagus nescientibus nobis itinere conuertisti. et
permixtum mare egyptiorum necibus conturbasti: qui nudis
armorum munimina contulisti: qui corruptos fontes nimis
hesitantibus potabiles fecisti. potumque nobis ex lapidibus produ
xisti: qui terrenis cibis inopes maritimis saciasti: qui etiam
cibum celestem prebuisti primitus non inspectum. qui legum
modos dedisti et ordinem nostre rei publice demonstrasti:
ueni domine omnium iudex et testis meus. et quem suffragia ul
la non rediment: tu nosti quia nullum munus ego contra
iusticiam ab hebreis accepi: nec condempnaui propter diuitias
paupertatem: neque contra uniuersitatis lesionem conuersatus sum: quia
nec in extraneas meorum studiorum suspitiones incurri: tanquam te
non iubente sed mea potius uoluntate sacerdotium dederim aaron:
ostende pariter nunc quia omnia tua prudentia gubernantur.
et nichil fortuitu sed tue uoluntatis impositione perueniunt
ad effectum. Et quoniam geris ad sollicitudinem generis hebre
orum. uindica in abyron et dathan. qui te insensibiliter
condempnant: quasi mea uideantur arte compressi. Fac itaque
super eos aptum peruenire iudicium. ita contra tuam gloriam seui
entium: non eos communi modo faciens transire de uita: neque
humana lege morientes de seculo presenti recedere: sed deglu
tiat eos simul et generationem et substantiam eorum terra
quam calcant. Hec enim erit tua uirtus et ostensio: atque do
ctrina cunctorum. Sic enim castificabis eos qui talia de te
non bene suspicantur: sic ego minister preceptorum tuorum fi
delis omnibus apparebo. Si autem uere contra me derro
gasse noscuntur: illos quidem innoxios ab omni lesione
seruatos necem uero quam illis optaui facito meam: et penas
ab eo exige qui tuam uoluit noscere plebem: ut de cetero
pax concordiaque succedat. et sanam multitudinem tuis pre
ceptis obedientem illesam custodias. et a pena peccati
huius ex sortem. Tu siquidem nosti. quoniam iustum non est. pro eorum

malitia. supplicium sustinere communiter cunctos israhelitas.
Hec eo dicente simul et flente. repente quidem terra commota
est: et uelud uiolentia uenti turbatis fluctibus agitata. Po
pulus autem cunctus expauit. grauique et durissimo stre
pitu pro illorum tabernacula concitato. terra scissa est: et omnia quecumque
erant illis gratissima. in ea sunt prorsus absorta. Quibus
sic exterminatis. ut nec occurreret quidem illud agnoscere: mox
apertio super eos terre reducta est. et ita redintegrata quasi nichil
horum que predicta sunt factum esse uideretur inspicientibus. Et
illi quidem: ita perierunt. Probatione uero diuine uirtu
tis effecta. cognati quidem eorum dolebant non solum cala
mitate que digna gemitu quidem uideretur: sed etiam pro xi
mitatis affectu. Sapientes autem quos euidenter uoluntas
latebat illorum. euentus iudicii certos fecit: et decernentes quia
uelut erratici deperissent qui fuerant cum dathan: de eis neque
contristabantur. Igitur moses uocauit eos qui de sacerdotio
contendebant propter sacerdotii probationem: quatinus scirent
cuius sacrificium deus susciperet. illum constitui sacerdotem. Con
uenientibus autem ducentis et quinquaginta uiris. qui et propter
patrum uirtutem honorabantur a populo. et propter suam etiam
illos transcendebant: processerunt quoque et aaron et chore.
et ante tabernaculum omnes sanctificabant. in turibulis que
ferebant. Ignis uero repente tantus effulsit. quantum nullus
opifex uidit nec de terra platus uel concursione fluctu
um. aut uiolentia spirituum materia adinuicem percussa
sponte aliquando uisus est exilire: sed qualis potuit dei uo
luntate succendi. et clarus et flammeus. Quo ueniente
super eos cuncti ducenti et quinquaginta et chore simul
extincti sunt: ita ut etiam neque corpora eorum alicubi ui
derentur. Solus autem liberatus est. aaron nichil ex igne
lesus: qui utique uidebatur a deo electus. Moyses autem
his pereuntibus uolens penam eorum memorie reseruari eamque
futuros agnoscere: iussit eleazarum aaron filium thuri
bula eorum circa altare eneum collocare. ut in memoria es
sent futuro generi que illi sunt passi: qui putabant uirtu
tem dei se posse deludere. Et aaron quidem iam non mu
nere moseos pontificatum se habere credebat: sed dei iudicio
patefacto cum filiis firme ipso honore fruebatur. Seditio
tamen neque ita cessauit. sed multo magis augebatur: et
crudelius adcrescebat. Itaque tumultus ualde deterior:
et nunquam hoc malum finiri putabatur: sed longo tempore
permanere. Homines namque credentes. iam nichil preter dei
prudentiam geri. et hec absque gratia dei circa mosen gesta

minime iudicantes. culpabant mosen: eo quod tanta ira dei non tantum propter iniusticiam punitorum quam propter fauorem peruenerit moseos. Illos enim perisse dicebant nichil delinquentes. nisi quod circa dei religionem studium habuissent: mosen uero interitu talium uirorum et omnium optimorum populum deleuisse. insuper et fratri sacerdotium dedisse quod auferri nequiret: nullumque alium ad hoc ulterius promouere. cum priores uiderint ita perisse. Super hec autem et a cognatis extinctorum supplicatio multa fiebat ad populum: ut gloriam moseos minueret. Hoc enim ad suam cautelam accedere iudicabant. Moses autem diu ad populum in tumultu constitutum patienter audiebat. metuensque ne quid iterum seditionis emergeret. et magnum malum aliquod perueniret. in ecclesiam multitudinem congregauit. et sustinens audiebat nec ad satisfactionem ueniebat: ne magis uulgus exacuaretur auditu. Hoc autem solum principibus tribuum predixit: ut nomina tribuum suis uirgis inscripta portarent. Illum enim sacerdotium habiturum: in cuius uirga deus indicium glorie indicasset. Portauerunt ergo omnes alii uirgas. et aaron scribens in uirga sua tribum leui: easque moses in dei tabernaculo collocauit. Altera uero die protulit uirgas. erant enim cognite. cum eas tunc singuli uiri signassent. et coram multitudine deportassent. et alias quidem uirgas in quo scemate moses accepit in eo permansisse uidebantur: de aaron autem uirga germen et ramos ortos. et fructum speciosum amigdale. ex eo ligno processisse mirabantur. Tunc obstupescentes huiusmodi uisionem: et licet aliquod fuisset odium circa mosen et aaron hoc continuo relinquentes. mirari ceperunt in illis dei iudicium. et de cetero placito diuino fauentes. sinebant aaron pontificatum habere. Ille siquidem tertio iam eum ordinante deo hunc honorem firmissime possidebat: hebreorum tamen seditio licet multo tempore uiguerit: hoc tamen modo quieuit.

Igitur moses leuitarum tribum seruituram deo a populis et militia segregauit: ne propter inopiam aut questum necessarium ad uitam presentem. essent circa sacrificia negligentes. iussitque ut dum secundum uoluntatem dei chananeam obtinerent hebrei: leuitis octo et quadraginta ciuitates bonas et precipuas distribuerent. Sed et terram ante muros duorum milium cubitorum: ad eos pertinere descripsit. Super hec autem: et populum constituit annorum fructuum decimas ipsis leuitis sacerdotibusque prebere. Hec autem sunt que accipit hec tribus a populo. Necessarium autem iudicaui: ipsorum sacerdotum que sint propria declarare. Quadraginta octo quidem ciuitatum eis credere precepit tredecim leuitas. et decimarum quas a populo per annum accipiunt decimas eis diuidi: insuper etiam primitias omnium frugum de terra nascentium deo populum offerre iustum esse sanciuit. Quadrupedum uero que sacrificiis offeruntur: quod primitus nascetur si masculum sit immolandum preberi sacerdotibus iussit: ut et ipsi cum domo tota epularentur in ciuitate. Sacratorum uero que comedi non possunt ab eis: secundum patrias leges domino siclum et dimidium eis prebere sanciuit. pro homine uero primogenito quinque siclos. Sunt autem apud eos primitie etiam tonsionis ouium et messium. que pane facto eis sollempniter ministrantur. Si qui uero eorum semet ipsos uouerint quos nazareos appellant comam nutriunt: et uino non utuntur. Isti dum capillos suos dicant. propter sacrificia uenientes ad sacerdotes chorban offerunt deo quod significat munus. mulier quidem triginta siclos: uir autem quinquaginta. De his uero qui sunt egeni pecuniis: sacerdotibus licet ut uoluerint iudicare. sed et his qui domibus immolant epulationis causa non religionis necesse est offerre sacerdotibus pectus et dextrum brachium pecoris. Et sacerdotibus quidem moses ex his que pro peccatis populus sacrificans prebet. sicut in precedenti libro significauimus hoc dare constituit: et seruos et filios. mulieres absque hostiis que offeruntur pro peccatis. Illa enim in templo soli masculi sacerdotes: ea die consumunt. Cum hec moses constituisset: surgens cum omni exercitu ad terminos idumee uenit. et legatos ad regem idumeorum misit: poscens uiam sibi concedi. quam se confidebat accipere: et illum cum nichil lederetur sine dubitatione prebere. Necessaria namque exercitui se ministrare dicebat: et aque precium eos iubebat accipere. Ille uero his que a moyse petebantur non consentiens neque uiam cedens: sed castra metatus occurrit: prohibiturus eos si uiolenter transire presumerent. Moyses autem dum deus fieri pugne initium non iussisset: recedebat per desertum iter faciens. Tunc itaque sororem eius mariam uite finis accepit. cum quadragesimum complesset annum. ex quo egyptum dereliquit decimi zantici mensis initio secundum lunam: sepelieruntque eam publice nimis splendide. supra quendam montem qui uocatur sin. Et post triginta dies: a fletu populum moyses hoc modo purgauit. Vitulam feminam aratro et cultura inexpertam. totamque rubeam. paululum

ab exercitu procul eductam . in loco mundissimo pontifex immolauit : et eius sanguine septies digito aspersit tabernaculum dei. Deinde incensa ut erat tota uitula cum pelle atque uisceribus : lignum cedrinum in medium ignem miserunt . et hysopum et lanam coccineam. Colligensque omnem cinerem uitule uir mundus : posuit in locum purissimum. Hi ergo qui morte polluti erant paululum cineris in fontem mittentes et hysopum baptizantes : et hoc cinere spargentes . tertia et septima dierum . erant in reliquo mundi. Hoc etiam uenturos ad promissam sortem : seruare precepit. Postquam uero propter luctum sororis in exercitu huiusmodi purgatio facta est . duxit populum per desertum . et per arabiam : uenitque ad locum quem arabes metropolim suam putant primo quidem arcem nominatam . que nunc petra uocatur. Hic itaque cum excelsus esset mons ascendit in eum aaron . moyse sibi manifestante quia moriturus esset : uidente cuncto exercitu . Erat enim e diuerso locus : ubi erat populus constitutus . Exutus uero pontificali stola . tradensque eam eleazaro filio . ad quem propter etatem pontificatus adueniret : mortuus est . populo eum uidente . ipso quidem anno quo soror uidebatur esse defuncta . cum uixisset annis tribus et uiginti et centum . Defunctus autem est . initio mensis secundum lunam qui apud athenienses quidem echathonbeon : apud macedones autem lous . apud hebreos uero sedebath . apud romanos uero nuncupatur augustus. Cumque luctus super eum populi triginta diebus fuisset expletus : post hec cessauit :

Sumens ergo moyses exinde exercitum uenit ad fluuium arnon : qui de montibus arabie descendens . et per totum desertum fluens . in stagnum affalciten erumpit : diuidens moabitidem et armoriceam . Hec autem est terra fructifera . et omnium multitudinem ibi nascentium alere copiosa . Ad seon itaque regem eiusdem regionis moyses misit populo uiam petens : ut federibus quibus uellet ire crederet factis in nullo lederentur . neque terra neque qui sub eo constituti esse uidebantur. Sed etiam uenalia populo sub precio fore uendenda sicut illorum procuraret utilitas : et aquam peregrinis ut uellent eos uenundare deposcens . Seon autem hec negans . prorsum armauit exercitum : ut hebreos arnon fluuium transire prohiberet. Tunc moyses uidens hostiliter amorreum insistere . non passus ut hebreis per inertiam proueniret inopia : primitus ad eos accessit . Et cum esset difficile ut preualeret contra seon : consuluit dominum si ei pugnare permitteret. Cumque deus uictoriam promisisset : fiducialiter ipse ad certamen aduenit . et exercitum totum exacuit : dicens eos bellandi nunc desiderio potituros quo diuinitas uti uidebat. Illi uero ut desiderabant potestate percepta : sumentes arma ad prelium repente profecti sunt. Amorreus itaque insistentibus sibi populis . cum iam non esset equalis ipse quidem hebreos obstupuit : exercitum autem eius fortem esse non ope sed timore respondit. Prima ergo congressione non tolerantes resistere et sustinere hebreos . in fugam conuersi sunt : hoc sibi potius pro salute quam pugnare utile iudicantes. Confidebant enim in ciuitatibus ualde munitis . in quibus cum reclusi fuissent : nichil profuit eis. Hebrei namque dum eos fuga declinare respicerent insistebant : et irrumpentes eorum aciem eos insecutione perterruerunt. Illi siquidem disrupti : fugiebant ad ciuitates . Hebrei uero persequentes nequaquam fatigabantur : quando et ad labores preparati et uti fundibalis experti . et in omnibus iaculis propter facilitatem armorum ad persequendum uidebantur aptissimi . ita ut hostes longius essent fundibalis : et iaculis sternerentur ut proximi . Multa ergo cedes effecta tunc noscitur : quando etiam fugientes uulneribus uexabantur : laborabantque potius propter sitim quam propter pugnam. Erat enim tempus estatis . Et cum desiderio sitis plurimi ad fluuium concurrerent fugientes : circumdantes eos hebrei peremebant . omnesque illos iaculatos sagittatosque peremerunt : ita ut etiam seon rex eorum simul extingueretur. Hebrei uero mortuos spoliabant predamque sumebant : multamque copiam habuerunt ex illa terra . cum esset adhuc fructibus plena . Tunc ergo exercitus sine timore iam captis hostibus egrediebatur ad epulas . nullum erat eis impedimentum pugne : cum omnes pariter deperissent . Amorreos siquidem huiusmodi peremptio comprehendit : qui nec prudentia uidebantur astuti . nec ope necessario boni quorum hebrei terram late ceperunt. Est autem hic locus inter tria flumina positus : quasi naturam insule tenens . quem locum arnus quidem a meridiana parte circumdat : iaboc autem septentrionis circuit latus . Qui in iordanis fluuium descendens : illi etiam nomen tradit. Occidentalem uero partem eius regionis : iordanis ripa concludit . Cum ergo res ille ita consisterent . israelitis instabat og galadine et galaaditis rex . ducens exercitum copiosum : et festinans quidem tanquam solatium amico se prebiturum . Cum uero eum iam cognouisset extinctum : tamen et deliberauit congredi cum hebreis putans se preualere : eorumque uirtutem experimento cognoscere . Cumque fuisset

ſpe ſua deceptuſ. & ipſe bello mortuuſ. & omniſ eius exercituſ eſt peremptuſ. Moyſeſ autem iaboch fluuium tranſienſ regnum og regiſ perambulabat: ciuitateſ deſtruenſ. & omneſ habitatoreſ occidenſ. qui & diuitiiſ omnibus in illa terra & uirtutibus & opulentie multitudine precellebant. Og autem regiſ pulchritudo & magnitudo fuit uehemenſ: qualiſ eſt paucorum. Erat autem manu fortiſ uir: ut opibus uirtutiſ magnitudo & pulchritudo corporiſ uideretur equaliſ. Fortitudiniſ uero & magnitudiniſ eius experti ſunt qui lectum ſuum tulerunt in ciuitate rabatha: regni amanitidum. Factum quidem ex ferro quattuor uero cubitorum magnitudinem [ł latitudinem] habentem longitudinem duplicem & uno cubito fortiorem. Hoc igitur cadente non ad preſenſ ſolum in hebreiſ rerum fiducia eſt conceſſa: ſed etiam in futuro. cauſa eiſ bonorum moriens eſt effectuſ. Nam ſexaginta urbeſ clare nimiſ munitaſ illique ſubditaſ tenuerunt: predamque copioſam. & ſeorſum ſinguli & communiter omneſ adepti ſunt. Moyſeſ itaque caſtra metatuſ deduxit exercitum ad iordanem. circa magna campeſtria contra iherico ciuitatem opulentiſſimam: & palmaſ atque balſamum ferre copioſam. Ceperunt autem prompti eſſe iſrahelite. & deſiderium habere bellandi. Porro moyſeſ cum paucis diebus deo hoſtiaſ pacificaſ immolaſſet populumque epulari feciſſet: partem quandam armatorum miſit qui terram madianitarum explorarent. & eorum patriaſ obſiderent. Cauſa uero bellandi aduerſuſ eoſ huiuſmodi fuit. Balac moabitarum rex dum amicitiaſ paternaſ haberet atque ſocietatem circa madianitaſ. & iſrahelitaſ uideret tanto incremento proficere: etiam de ſuiſ rebus nimiſ erat in formidine conſtitutuſ. Denique non credebat terram aliam hebreoſ querere niſi ſuam: cum promiſiſſet deuſ utique chananeam illoſ fore poſſeſſuroſ. uelociterque ſtuduit amicoſ de hac re ſuiſ temptare ſermonibus. & pugnare quidem ipſe in felicitate conſtitutuſ contra illoſ qui obſtringerentur erumpniſ non iudicauit: ſed prohibere magiſ eoſ ne potioreſ efficerentur: deliberauitque legationem pro eiſ ad madianitaſ protinuſ deſtinare. At illi. dum eſſet quidam ab eufrate propheta preclaruſ illorum temporum. eiſque nimiſ amicuſ. miſerunt ad eum cum legatiſ balach. uiroſ de ſuiſ fide digniſſimoſ. rogantes ut ueniret ille propheta. quatinuſ pro perditione iſrahelitarum maledictioneſ efficeret. Qui uenienteſ legatoſ ſuſcepit: & largitatem eiſ hoſpitalitatiſ exhibuit. Cumque negaſſet: dei conſuluit uoluntatem que forent pro quibus madianite rogarent. Cumque deus impedimentum eorum uoluntati feciſſet: ad legatoſ redit. deſiderium quidem ſuum. & ſtudium eiſ oſtendenſ circa ea que ab eo requirerent: ſed deum reſiſtere ſue uoluntati dicenſ. qui eum ad tantam gloriam propter ueritatiſ eloquium perduxiſſet. exercitumque pro quo maledicendo eum uenire rogabant eſſe deo nimiſ amabilem: ſuadebatque ſimul ut propter hanc cauſam inimicitiaſ ſuaſ ab iſrahelitarum gente ſuſpenderet. Cumque dixiſſet hec: legatoſ dimiſit. Madianitis uero balach uehementer inſiſtentibus. & preceſ maximaſ offerentibus: miſerunt iterum ad balaam. Tunc ille ſtudenſ aliquid uiriſ illiſ preſtare: denuo conſuluit deum. Qui uolenſ eum rem experimento probare: iuſſit ut non eiſ in aliquo contradiceret: ſed cum eiſ iret. Qui arbitratuſ deum hec ei non pro deceptione iuſſiſſe: cum legatiſ mox ibat. Angelo autem ſancto ei occurrente per uiam in quodam anguſtiſſimo loco. qui erat accinctuſ gladio biſ acuto: aſinuſ in quo balaam ſedebat intelligenſ diuinum eiuſ ſpiritum. declinauit balaam ad unam maceriam: non ſentienſ plagaſ quaſ ei balam inferebat: dum percuſſuſ ad unam maceriam uexaretur. Cum uero inſiſteret angeluſ: aſina percuſſa. uoluntate dei uocem loquentiſ emiſit: balaam accuſanſ uelut iniuſtum. quia dum prioribus miniſteriiſ nichil de ea quod quereretur haberet: tunc ei plagaſ inferret. non intelligenſ quoniam uoluntate dei prohiberetur ab hiſ que feſtinaret implere. Cumque balaam humane aſina loquente perturbaretur: palam etiam angeluſ apparuit. eumque increpare de plagiſ aſine cepit. tanquam non eſſet hec culpa iumenti: ſed quod eiuſ iter contra dei uoluntatem fieri prohiberet. Metuenſ autem balaam ſtuduit remeare. ſed eum confortauit ut iret: precipienſ ut quicquid eius in mente poneret. hoc ille manifeſtaret. Et ille quidem cum hec deuſ iuſſiſſet: uenit ad balach. Rege uero decenter eum ualde ſuſcipiente: petebat ut ductuſ ad quendam montium. conſideraret quemadmodum hebreorum conſtitutuſ eſſet exercituſ. Balach autem ipſe per ſe deduxit prophetam cum regio miniſterio in montem. qui ſupra eorum caput uidebatur exiſtere: aberat enim ab exercitu ſtadiiſ ſexaginta. Videnſque eoſ ille: precepit ut ſeptem araſ rex conſtitueret. & totidem tauroſ & arieteſ adduci iuberet. Cumque hec rex celerrime miniſtraret: ille hec immolauit holocauſta. Quo facto: cepit e diuerſo benedicere dicenſ. Hic populuſ felix: cui dabit deuſ multorum poſſeſſionem bonorum. eritque eiuſ auxiliator in omnibus. & preſulem prudentia ſua ei concedet: ita ut nullum humanum genuſ ſit. quod non uirtutem eiuſ & ſtudia iudicet optima. & omni malitia ſegregata. Hec itaque & uoſ

habebitis. et melioribus filiis relinquetis. deo quippe uos solos homines intendente: et ubicumque fueritis in omni terra sub sole posita feliciores habente. Terram uero in qua uos ipse misit obtinebitis. seruituram semper filiis uestris: quorumque gloria complebitur omnis terra simul et mare. et sic habundabitis in orbe terrarum: ut omni terre habitatores ex uestro genere prebeatis. O admirandum te atque beatum exercitum. quantus ex uno patre creatus es: sed nunc quidem uos paucos adhuc chananeorum terra suscipiet. scituri orbem terrarum uestrum fore habitaculum in perpetuum. Nam multitudo uestra ita et in insulas dilatabitur et in omnes terras: sicut nec celi numerus astrorum. Et cum tanti fueritis nec ubertatem uobis negabit deus in pace bona omnia ministrando: et uictoriam atque potentiam in bello largietur: et filios inimicorum qui contra uos aliqua presumptione contenderint subiugabit. Non enim ultra reuertetur aduersarius uester ad uos uictor: qui filios suos letari faciat aut uxores. Tanta uobis fortitudo dei prouidentia prestabitur: cui grandia minuere uirtus est. et latius augere que parua sunt. Talia siquidem ille sua sacratione proferebat: cum non esset in semetipso. sed dei potius spiritu uinceretur. Balach autem contristato. et proclamante eo quod pacta transcenderet. quibus fuisset a suis amicis muneribus inuitatus: et cum uenisset pro maledictione hostium. claros eos et cunctorum hominum beatiores ostenderet: ait ad eum balaam. O balach. de cunctis rebus cogitare putas in nobis esse de talibus quecumque dicere. seu tacere: quando nos spiritus dei perceperit uoces et uerba que ipse uult nichil scientibus nobis immittit: Ego uero recordor quoniam tu et madianite supplicantes me huc desiderabiliter adduxistis: et propterea ueni: fuitque mihi uotiuum in nullo tuum desiderium uiolare: sed melior deus est hominum quam que ego tibi prestare credebam. Nimis enim insani sunt qui prescientiam humanarum rerum apud semetipsos ita suscipiunt: quatinus non ea que diuinitas dictat edicant: que magis uiolentiam faciant illius uoluntati. Ego siquidem hunc exercitum neque laudare proposui: nec in quibus bonis genus deus eorum habiturus sit aperire: sed deus propitius eis existens. et festinans eis felicem uitam gloriamque prebere perpetuam: hec mihi uerba promissionum talium ministrauit. Nunc autem quoniam uotum est mihi tibi prestare. et madianitibus quorum preces me repellere nimis indecens est: ueni rursus aras alias erigamus. et sacrificia proxima prioribus celebremus. si forte flectere potero dominum. ut me permittat hos omnes maledictionibus obligare. Cumque balach fieri permisisset. et secundo sacrificanti nequaquam diuinitas ut israhelitas malediceret annuisset: cadens in faciem ipse dicebat passiones regibus affuturas: et quecumque habere contingeret. Que etiam facta sunt: dum hec temporibus priscis per terram siue per mare. usque ad memoriam meam in omnibus euenissent. Et cum hec omnia talem terminum acceperint qualem ipse predixit: quilibet conicere potest. quoniam et in futuro sic erit quemadmodum ille prefatus est. Balach autem indignatus. eo quod maledicti non erant israhelite: remisit balaam nullo honore remuneratum. Ille uero iam discedens et circa transitum eufrate ueniens. et balach principibusque madianitarum uale dicens: ait. O balach et madianite presentes oportet me et preter uoluntatem dei prestare uobis. Hebreorum quidem genus nulla pestis penitus apprehendet: nec bella nec aliqua necessitas: nec sterilitas fructuum terrenorum: nec alia quelibet uesania eos corrumpet. Est enim cura deo liberare eos ab omni malo: nullamque permittere super eos uenire huiusmodi passionem. quatinus omnes debeant deperire. Euenient autem eis pauca et ad modicum tempus. ex quibus humiliari uidebuntur: sed deinde intelligent quia pro amore eis fuerit illata uexatio. Vos autem quasdam uictorias ad breue tempus aduersus eos lucrari desideratis: quod impetrabitis: si hec que moneo feceritis. Filiarum uestrarum speciosas precipue uirgines quibus subdi et deludi castitas possit inspicientium propter pulcritudinis honestatem. circa exercitum eorum proxime destinate: et supplicantibus eorum iuuenibus ut earum amplexibus misceantur: precipite quatinus dum eos concupiscentia uiderint obligatos deserant. rogantibusque manere eas. non prius annuant quam leges patrias relinquere iubeant: simul et honorem dei qui eas posuit eis: et madianitarum atque moabitarum colere ritum cogant. Sic enim illis indignabitur deus. Cumque hec ille dixisset: abscessit. Madianite uero dum misissent filias suas sicut ille monuerat. hebreorum iuuenes decepti sunt pulcritudine puellarum: et ad earum colloquia uenientes. rogabant quatinus illarum pulcritudine fruerentur: ne consuetudinis proximitate resilirent. At ille libenter hec uerba suscipientes: consenserunt eis obligantes eos amore suo. Quibus dum concupiscentia creuisset: eos ille ceperunt deserere. Dumque illos angustia de mulierum discessione crudeliter inuasisset: uberrimis fletibus exorabant. ne eos ille desererent. et futuras uxores et dominas omnium substantiarum suarum manere poscebant. Hec autem cum iusiurandi

religione firmabant. denique mediatorem in promissione faciebant. flentes et undique semetipsos misericordie dignos mulieribus ostendentes. Ille vero dum eos servitute iam captos esse cognoscerent. et omni vinculo fidei consuetudinis obligatos: eis talia ceperunt edicere. Nobis quidem o fortissimi iuvenes domus patrie sunt. et bonorum magna possessio. parentumque et domesticorum favor atque dilectio. nichil que horum egentes venimus ad vestrum alloquium. nec questum speciosi corporis requirentes vestram nobilitatem audivimus. sed viros bonos et iustos existimantes. honorate vos exenniis quibus indigetis advenimus. Hec quoniam dicitis circa nos habere dilectionem. et nostro contristari discessu: neque nos vestras preces abicimus. sed tantum in fidem volumus favoris vestri percipere. per quam nos credere dignissimum iudicamus. ut secundum vestram conventionem uxores esse possimus. Formidamus et enim ne dum fueritis satietate consuetudinis adimpleti: deinceps contumeliis affectas ad parentes nos proprios remittatis. Rogantibus autem illis. et ut vellent fidem daturos se pollicentibus: et ob amorem in nullo contradicentibus: dixerunt ille. Quoniam hec vobis quidem placent: moribus autem et vita vestimini omnibus alienati. ut etiam cibos proprios habeatis. et pocula cum nullo communia. necesse est volentibus vobis habitare nobiscum: etiam deos colere nostros. Hec erit indicium aliud vestri favoris: non eosdem deos quos nos adoretis. nullusque culpabit vos. si tamen ad quam venistis eius colatis et numina. utique dum vestri dii communes sint omnibus. vester vero in nullo sit talis. Dicebantque eis ut absque essent legibus propriis conversari. Illi autem earum amore devincti: optime illas dicere iudicantes. et semetipsos tradentes voluntatibus earum. patria iura transgressi sunt. deosque plurimos iam putantes et immolare eis lege patrie proponentes. cibis etiam extraneis congaudebant. et omnis ad libidinem mulierum contra leges patris insurgebant: ita ut iam per omnem exercitum iuvenes agerent contra legem. et seditio ingrassata super eos pore multo peior incideret. cum omnino iam sollempnitates proprie deperirent: nam dum semel iuvenes mores attigissent extraneos: eos uberius appetebant. Sed et si qui priorum virorum propter virtutes patrum nobiles erant: cum eis vitio subiacebant. Denique zamarias princeps tribus symeon. dum haberet chotamin madianitidem mulierem cheri cuiusdam filiam. viri inter illos valde potentis: uxore iubente ante sollempnitates mosaicas. quod

illam magis delectaret effecit: non immolando lege patria. et alienigene nuptias eligendo. Et dum hec ita gererentur: moses metuens ne quid peius accideret. congregans populum in ecclesia nullum equidem nominatim culpavit: nolens quosquam in desperatione deicere qui dum laterent poterant penitere. Dicebat autem quoniam non agerent digna. se aut suis patribus oportuna: dum libidinem deo preponerent. et ei placentia violarent. oportere tamen ut dum adhuc eis bene esset reverterentur ad fortitudinem: arbitrantes non ad iniuriam inferendam leges esse positas. sed ad concupiscentiam repellendam. Super hec autem adiciebat non esse rationabile ut qui casti fuissent in heremo. nunc constituti inter bona tanta peccarent: et rerum quas adepti fuerant per indigentiam. tempore ubertatis sue amitterent. Et ille quidem hec dicens: conabatur emendare iuvenculos. et ad penitentiam eorum que gesserant revocare. Post quem surgens zamarias: ait. Tu quidem o moses utere legibus quas ipse posuisti: ex ipsa consuetudine firmitatem eis attribuens. Et quoniam castigasti frequenter hebreos qui non bene seducuntur: me nihil quoque tyrannice imperans non habebis obnoxium. Non enim aliud quicquam hactenus sub figmento legum et dei. quam iugum servitutis nobis inferre machinaris: et tibimet defendere principatum. auferendo nobis desiderium et proprium vivendi arbitrium: quod est liberorum et dominum non habentium. Crudelior itaque circa hebreos tu solus eris quam egyptiorum rex: castigare nos volens. et secundum leges tibi placitas. singulorum voluntates astringere. Sed multo iustius est. ut tu potius puniaris: quando ea que omnibus indubitanter bene se habere videntur: solus existimare contendis. et contra omnium placita tuam valere sententiam. Mulierem itaque peregrinam sicut ais: duxisse me fateor. A me enim audies meos actus. sicut alii vero non enim latere proposui. nec preter me alter delator erit. et sacrificavi diis quibus sacrificandum non iudicatis: iustum existimans per multos me debere adquirere veritatem. et non velut sub tyranno vivere: et omnem spem semper ex unius conversatione pendere. Dum hec autem zamarias de his que ipse et alii male gesserant edixisset: populo equidem quiescebat formidine futurorum: legis latorem intendens: nolentem illius superbiam ex adverso litigio provocare. Metuebat enim. ne multi propter luxuriam verborum eius imitatores facti: multitudinem perturbarent. Et in his

quidem dimiſere conuentum: ſed cauſa mali potius augebatur.
Cumque zamarias ex tali cauſa mortuus non fuiſſet: fine
es uir & in aliis quidem rebus melior exiſtens multorum iuue
num. & dignitate patris tranſcendens coetaneos uniuer
ſos. eleazari ſacerdotis filius. & fratris moſeos nepos. dolens
in his que geſſerat zamarias. & antequam permanentiam for
tior efficeretur iniuria. opere uolens ultionem inferre. &
iniquitatem ne creſceret amplius cohibere. dum adhuc qui
hec arripuerant minime punirentur: animi ſimul &
corporis ſic audacia confortatus eſt: ut non prius decertare
quieſceret. quam uictoriam in eo facto perageret. Tunc ad
tabernaculum zamarie ueniens: ipſumque euaginato gladio
& chorami ſimul extinxit. Iuuenes autem omnes quibus
erat uirtutis amor & finees imitatores eſſe uidebantur:
perimebant eos qui in culpa zamarie ſimiles exiſtebant.
Multi ſiquidem iniqua gerentium horum uirtute perempti
ſunt: omneſque peſtilentia perierunt. deo illis poſt hec immit
tente langorem. Tamen quicumque eorum conati fuerant. & cum
prohibere debuerunt magis ad iniuriam dei eos exacuerant:
pariter ſunt extincti. Perempti ſunt itaque ex eorum cetibus:
non minus quatuordecim milia uirorum. Hac itaque cauſa
exagitatus moyſes ad interitum mazianitarum miſit ex
ercitum: de quorum prelio poſt paululum edicemus: nar
rantes primitus que reliquimus. Iuſtum namque eſt. legis
latoris uoluntatem nequaquam in hoc ſine laude tranſire. Ba
laam enim qui petitus fuerat amazianitis ut malediceret
hebreis & hoc quidem complere diuina prouidentia non
preualuit: ſed conſilium dedit quo hoſtes utentes hebreorum
populum pene conſumerent. moyſes magnifice nimis hono
rauit. ut eius diuinationis uerba mendacium arguere teſtis
extaret. Illi namque teſtimonium reddidit: & eorum me
moria dignum fecit. Et hec quidem ſicut uoluerint quique
conſiderent. Moſes itaque pro quibus predixi rebus aduerſum mazi
anitarum miſit exercitum ex una quaque tribu duodecim
milia uiros eligens: quorum ducem ſtatuit fineem cuius
paulo ante fecimus memoriam qui leges cuſtodiuit
hebreas. & zamariam tranſgredientem eas ipſe percuſſit.
Mazianite uero uidentes exercitum contra ſe uenire:
& quantus nunquam aduerſus eos acceſſerat: congregantes
prouincie multitudinem expectabant hoſtes: & undique
muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis congreſ
ſione facta: mazianitarum cecidit multitudo. que com
putari non poſſet: numerumque tranſcenderet. Sed & reges
eorum quinque pariter ſunt perempti: quorum nomina ſunt. och.
& ſur. & obh. & hur. Quintus uero rex de cuius cogno
mine ciuitas in terra arabum conſtituta. hactenus
ab omnibus de nomine regis edificantis arachen uocatur:
que apud grecos dicitur petra. Hoſtibus igitur effugatis.
hebrei eorum tenuere prouinciam. multamque ſumentes predam.
& poſſeſſores cum mulieribus perimentes: ſolas uirgines
reliquerunt. hoc enim moſes duci finee iuſſerat. Qui
reuerſus incolumem reduxit exercitum: & predam ualde
copioſam: id eſt boues quinquaginta duo milia & ſex
aginta ſeptem. aſinos autem ſexaginta milia: auri uero
& argenti uaſa innumere multitudinis quibus utebantur
pr[...] in domo. nam per longam felicitatem ornatu
erant ualde locupletes. Deducte ſunt autem
& uirgines: quaſi triginta & duo milia. Moſes itaque di
uiſa in duas partes preda: alterius quidem quinqua
geſimam partem eleazaro dedit & ſacerdotibus: leuitis
autem alterius quinquageſimam: reliquam uero populo
uniuerſo diſtribuit: uiuebantque de cetero ualde feliciter.
eratque eis per uirtutem omnium bonorum copia: nullaque
triſticia eorum uoluntates impediebat. [...]n hebrei te[...]
Moſes igitur cum eſſet ſenex ioſue [...]is referant. &
ſucceſſorem ſibi conſtituit: ad prophetias & ad
militie principatum. ſicubi neceſſarium foret iuben
te deo ut iterum teneret imperium. Ioſue autem omni
doctrina legum diuiniſque myſteriis moſe docente erat
inſtructus. Interea hec enim due tribus gad. & ruben. & ma
naſſe dimidia. quadrupeda multitudine & omnibus
aliis ualde diuites. habentes commune conſilium roga
bant moſen ut eis precipue amorream concederet:
que paſcuis optima uidebatur. Ille uero exiſtimans
eos timuiſſe chananeorum pugnam. & occaſionem honeſtam
quaſi pro paſcuarum diligentia requiſiſſe: malignos eos
appellabat. & turpem occaſionem timoris ad inueniſſe:
ipſoſque uelle ſine labore deliciari. dum adhuc omnes
in erumpna conſiſterent. & terram ideo ipſam pete
rent obtinere: ne de cetero cum eis laborarent. quibus terram
ſe deus traditurum promiſerat tranſiordanem. & aduer
ſas gentes interempturum. Illi uero conſpicientes
iratum ducem & contra ſe iuſtiſſime prouocatum: re
ſpondentes ſatiſfaciebant non pro timore periculorum. neque
propter laboris defectum hoc petere. ſed ut predam in
oportunis locis conſtituentes. expediti ad certamen

et ad bella venire possent. dicebantque se preparatos. ut dum possiderent civitates. ad custodiam filiorum et uxorum et facultatis sue. ubicumque cum exercitu properarent. Porro mosi dum iste sermo placuisset. vocans eleazarum sacerdotem et ihesum et ad ultimum universos: concessit eis amorream. ita ut auxilia conferrent cognatis suis. donec omnia complerentur. Accipientes itaque ista conditione amorream provinciam et civitates fortissimas possidentes: filios et coniuges. et alia quecumque poterant cursum euntibus impedimentum facere. in eis apte constituerunt. Edificavit autem et moses decem civitates que in numerum quadraginta octo forent: quarum tres distribuit. ut ad eas qui nolentes facerent homicidium confugerent: et tempus fuge constituit: habentibus [illegible] potestatem scilicet per tempus cognatis occidere homicidam. si eum extra terminos civitatis ad quam fugerat invenirent: quod nulli alio permissum est perpetrare. He siquidem civitates fugacibus distribute sunt. Bosor siquidem in arabie finibus: arinnam autem in terram gabanidorum: gaudalim vero [illegible] in baltalide regione. Cumque etiam [illegible] autem et [illegible] chananeorum terram obtinerent: tres cibos proprios h[illegible] alias civitates inter urbes levitarum moses [illegible] fabricandas ad habitaculum fugitivorum delegavit. Moses autem adeuntibus eum maioribus natu tribus manasse. et dicentibus virum insignem fuisse defunctum nomine otophatim: et filios quidem masculos non reliquisse sed filias. et consulentibus si earum foret hereditas. siquidem aliquos de tribu sua ducerent: si vero ex alia tribu alicui nuberentur: hereditatem in patria tribu relinquerent. Et tunc manere unicuique hereditatem: in propria tribu constituit. De [illegible] exhortationibus quibus moyses filios israel exhortatus est circa terminum vite sue.

Cum iam quadraginta annorum minus triginta dies implerentur: moses ecclesiam congregans ad iordanem ubi nunc civitas est abilas locusque palmarum: convenienti universo populo ita locutus est. Viri commilitones. et sicut deo placuit calamitatis longe participes: centum viginti annis senectute confectum oportet me ab hac vita discedere. In his vero que gerenda sunt transiordanem iam non ero vester adiutor: neque pugnabo vobiscum a deo prohibitus. Iustum tamen credidi. neque nunc meam deponere pro vestra felicitate curam: sed operam indicare vestre libertatis adeptionem: et memoriam meam in habundantia bonorum referre vestrorum. Hunc igitur explanans quemadmodum vos felices eritis. vestris filiis relicturi bonorum possessionem: ab hac vita discedo. dignusque sum ut fides mihi habeatur: et propter pristinas virtutes. et eo quod anime ad vite huius terminum venientes cum omni loquantur integritate. O filii israel: cunctis hominibus causa bone possessionis propicius deus est. Hic enim solus dignis hoc distribuere. et auferre in se delinquentibus potest: cui vos exhibentes quales ipse vos vult esse simul et ego voluntatem eius sciens apte vos moneo. Non enim eritis beatissimi et omnibus mutabiles aut felices: si ex illius mandatis aliquando cessaveritis. Possessio namque bonorum firma manebit quam nunc tenetis: et presentium rerum securitatem celerrimam habebitis: si solummodo que vos deus sequi vult his obediatis: et neque legum alienarum ordinem preponatis: neque pietatem quam nunc circa deum geritis spernentes. ad modum alium convertamini. Hec autem agentes: fortissimi cunctorum eritis bella ferre: et inimicorum nulli succumbere. Deo enim auxiliatore presente. cunctos vos post ponere rationis est. Premia siquidem magne virtutis vobis sunt posita: que omni vita possideatis. Virtus et enim primitus bonarum causarum est principium: deinceps etiam aliarum rerum prestat augmentum: ita ut dum inter vos ea usi fueritis. magnam vobis conferat vitam: et inter alienigenas gloriosos efficiat: et apud posteros eminentes ostendat. Hec itaque poteritis adipisci: si legibus quas dictante mihi deo constitui obediatis: et earum sapientiam meditemini. Ego autem discedo gaudens in vestris bonis: commendans vos castitati legis et bone conversationis ornatui auctoribusque ducum: qui prudentiam vestre utilitatis exhibebunt. Deus autem qui hactenus vester presul extitit. per cuius voluntatem et ego vobis utilis fui: non usque ad presens stare faciet providentiam suam: sed quanto tempore ipsi volueritis eum habere patrocinantem in virtutis studiis permanentes. tanto presidium eius habebitis. Consilia namque vobis prebebunt optima. que sequentes felices eritis. pontifex eleazarus et ihesus: nec non et seniores et principes tribuum. quos audire vos convenit. scientes quoniam omnis qui bene sub principe consistunt. et principatum tenere. et liberati preesse possunt: nec indignemini in his: que vos agere duces vestri poposcerint. non et enim ut bene facientibus iniuriam facientes (vel faciatis) in hoc fiduciam ponetis. quod de cetero declinantes meliores causas habebitis: nec huiusmodi vestra aliquando

sumatis. quali circa me uti sepius presumpsistis. Hostis enim quia frequenter potiora a uobis quam ab hostibus mortis pericula sustinui: et hec non improperia ferens uobis edico. Non enim in exitu uite dolentes contra me relinquere uolens. hec ad memoriam reuoco. quando nec tempore quo hec patiebar iratus agnoscor. sed ut de futuro a talibus temperetis. et in nullo uestris presulibus iniuriam propter diuitias faciatis: que uobis iordanem transeuntibus et chananeam optinentibus affluenter aduenient. Nam si per eas contemptores fueritis effecti. et uirtutem deuotionemque perdideritis quam circa deum geritis: eum primitus habebitis inimicum et terram quam armis optinuistis. iterum cum magnis obprobriis amittetis: totoque dispersi per orbem uestro seruitio omnem terram et mare complebitis: eritque uobis dum horum omnium experti fueritis inutilis iam penitentia et memoria legum non seruatarum. Unde si uultis hec apud uos permanere: dum hostibus preualueritis nullum relinquatis exceptis. sed omnes perire decernite: ne iuuentibus eis ad illorum studia declinantes. a conuersatione patria recedatis. Sed et aras et lucos et templa quecumque habuerint destruenda commoneo: et genus et memoriam eorum igne consumi. Sic et enim uobis bonorum uestrorum erit firma securitas. Ne uero per ignorantiam melioris rei. natura uestra ad peiora declinet: et leges uobis dictante mihi deo composui: et ordinem bone conuersationis instruxi. cui seruantes ornatum. felicissimi eritis omnium rerum. Hec dicens dedit eis in libro leges et conuersationis modum ibi conscriptum. Illi uero flebant et multum querebantur ducem: memoriam periculorum eius habentes. et quanta pro eorum salute gessisset. Desperantes etiam de futuris. quasi nullus eis princeps similis foret: minusque etiam deum sui prouidere credentes. eo quod moses eum pro eis exorasset. Tunc et ipsi qui in deserto ei cum ira locuti fuerant. penitentiam agentes ingemiscebant: ita ut omnis populus in lacrimis prorumperet. et plus quam sermone dici potest gemitum cum dolore proferret. Moses autem consolabatur eos: et licet multis lacrimis dignus esse uideretur: tamen amouebat eos a fletu: utque magna conuersatione uterentur poscebat. Tunc ergo conuentus ita dimissus est. Volo autem conuersationem dicere primitus moseos. eique dignitatis uirtutes exponere: ut per hec legentes agnoscant qualia initia nostri habuere maiores: et sic ad aliarum rerum uenire narrationem. Scripta sunt autem hec omnia sicut ille reliquit nichil nobis adicientibus ad ornatum: quod a mose relictum non est. Hoc tantum nobis placuit in nouitatis inducere: ut secundum genus a nobis singula disponantur. Dispersa namque ab illo in scripturis relicta sunt: et quemadmodum deum in singulis quibusque consuluit. Propterea namque necessarium iudicaui hec predicere: ne qua nobis a contribulibus hanc scripturam legentibus questio generetur. Hic autem ordo est legum in nostra conuersatione competentium. Quas autem nobis communiter ad alterutros dereliquit: has cum de moribus et causis explanare referre distuli: quod adiuuante deo post nobis insinuare proposui est. Ait enim. Dum chananeorum terram possederitis. et ad usum bonorum uacaueritis. et ciuitates iam edificare ceperitis. ea facientes que deo placita sunt. firmissimum pignus felicitatis habebitis. Sit uobis una ciuitas sacra in terra chananeorum in loco optimo et uirtute preclaro. quamcumque sibi deus per prophetam elegerit: et templum unum in ea sit. et altare unum ex lapidibus non manu dolatis. sed passim iacentibus qui de albati erunt: et ad decorem ualde purissimi. Accessus autem ad eum sit: non per gradus. In alia uero ciuitate: nec altare nec templum sit. Deus enim unus: et genus hebreorum est unum. Qui uero blasphemauerit deum. lapidatus suspendatur per diem: et sine honore turpiterque sepeliatur. Conueniant autem in ciuitatem in qua templum construunt tercio in anno. a finibus terre quam hebrei tenuerint: quatinus deo et pro his que possident gratias referant. et de futuris preces effundant: et conuenientes ad inuicem: et epulantes amici sint. Bonum est enim ut semet ipsos alterutrum contribuli non ignorent: sed sua studia sibi communicent. Hoc autem eis ex hac societate proueniet: ut et aspectu et loquela memoriam sui semper optineant. Si enim alterutris inpermixti sint: extranei sibimet putabuntur. Sit autem et decima exceptio frugum uobis. preter eam quam distribuit deus sacerdotibus et leuitis dari: que uendatur quidem per prouincias. et ad epulas ministretur: et hostias que in sacra urbe sunt celebrande. Iustum est enim ex his que de terra nascuntur: quam deus uos possidere concesserit: ut ad honorem eius qui hec tribuit perfruantur. Ex mercede mulieris fornicarie: non sunt sacrificia celebranda. Nunquam enim ex his que de contumelia procedunt: diuinitas delectatur. Nichil enim confusione corporum peius est. Similiter autem si quis pro coitu canis. aut uenatici aut custodis gregum mercedem acceperit: nunquam ex inde deo sacrificandum est. Nullus blasphemet eos: quos alie ciuitates esse putant. Sacra peregrina non esse furanda: neque has de nominatum alicui deo sumendum. Nullus uestrum texta ex lana et lino tunica uestiatur. hec enim solum

sacerdotibus est concessa. Conueniente uero multitudine sacra in urbe ad immolandum. post septem annos instante festiuitate que uocatur scenophegia. id est tabernaculorum defixio: summus sacerdos stans in excelso tribunali unde possit audiri: legat omnibus leges: et neque uxor neque filii audire prohibeantur: sed neque serui. Bonum est enim ut animabus nostris insculpte leges etiam memoria conseruentur: que numquam deleri possit. Sic enim neque peccabunt: non ualentes dicere quod decreta legum ignorare uideantur. Leges enim multam habebunt contra peccantes audaciam: utique predicentes que sint passuri delinquentes. et animabus eorum inscribentes que precipiunt per auditum: quatinus omnino in interioribus eorum consistat uoluntas legum. in qua cum deficiunt: actores ipsi sue lesionis existant. Discant etiam pueri primo leges que est doctrina optima: et causa felicitatis eximia. Secundo autem per singulos dies mane et uespere testificanda sunt dona dei: que liberatis de terra egyptiaca concessit. Iusta est enim naturaliter actio gratiarum: que refertur et pro recompensatione rerum iam factarum. et pro inuitatione futurorum. Inscribenda uero et in ianuis ea in quibus eis deus benefecerit: et brachiis singula queque declaranda. que uirtutem dei ualeant designare. et fauorem eius circa eos ostendere: quatinus undique circa eos illuceat dei fauor. Principes autem sint in una quaque ciuitate uiri septem: qui et uirtute et iusticie studio sint exempti. Unicuique uero principatui. duo uiri ministri prebeantur: ex tribu leuitarum. In omni autem honore qui in urbibus iudicare constituti fuerint habeantur: ita ut illis presentibus neque blasphemare neque aspere agere liceat aliquibus. sicut utique respicientibus pudorem dignorum hominum. tamquam sibi dominum in illis contempnere uideantur. Iudices autem pueri pronuntiandi habeant potestatem quod cuique uidetur eis: nisi forte pecunias eos quilibet accepisse pro diuersitate iudicii demonstret: aut aliam causam proferat per quam eos non bene iudicasse conuincat. Non enim lucrum attendentes aut dignitatem conuenit iudicare: sed iusticiam rebus omnibus preponentes. Nam hoc non agens. dominum quilibet contempnere putatur: eumque infirmiorem credere. quam illos quibus contra iusticiam timore potestatis sententia propria prestare contendit. Dei enim uirtus iusticia est. Quisquis enim prestat eis qui aut non iuste querunt aliquid. aut indignitate sunt constituti: illos potius deo potiores facit. Si uero iudices non intelligunt de rebus sibi creditis iudicare: quando multa talia solent hominibus prouenire. integram causam in urbe sacra remittant. Et conuenientes pontifex et propheta et seniores: que eis uidentur iusta pronuntient. Uni testi non credatur

Iustissimus seruus non fiat testis iniquus

sed tribus aut ad ultimum duobus: quorum testimonium uerum faciat uita prior. Mulierum testimonium nequaquam recipiendum: propter leuitatem et procacitatem generis eorum. Sed neque serui testimonium prohibeant: propter ignobilitatem animi. quos aut propter lucrum aut propter timorem uerisimile potest credi: uere non posse testari. Si quis autem false testatus est conuictus ea patiatur: que passurus esset contra quem testimonium dixit. Si homicidio facto in aliqua urbe non inueniatur is qui fecit. neque in suspitione sit aliquis. quasi per odium perpetrarit: queratur idem homicida cum multo studio: atque de eo nuntiando proponantur edicta. Cum uero nullus eum nuntiauerit. principia ciuitatum uicinarum regionum illius in qua cedes facta est. et seniores conuenientes. metiantur a loco ubi iacet mortuus regionem: et pars que fuerit uicinior ciuitati: ipsi eius ementes uitulam et deferentes ad uallem: et in locum inutilem aratro et plantationibus incidant ceruicem bouis: et sumentes aquam lauent manus suas super caput bouis sacerdotes et leuite simul et seniores ciuitatis illius: et exclament ab homicidio mundas se manus habere: et neque gessisse neque factori communicare: et inuocent dominum sibi propicium fore: et numquam tam malam passionem in illa terra contingere. Optima inquit est huiusmodi dispositio: et conuersatio talis. Nec uobis alterius rei publice sit affectus: sed hanc diligite dominas leges habentes: et secundum eas omnia facientes. Satis est enim ut deus sit uester princeps.

Subiectum a ceteris conseruet plebs israelis.

Si autem fuerit uobis regis amor: sit equidem iste contribulus. sitque ei iusticie prudentia semper et uirtutis alterius magnitudo. Sciat autem his legibus atque deo plurimam inesse sapientiam: nichilque gerat preter pontificis seniorumque sententiam: nec multas nuptias usurpet. neque habundantiam sectetur pecuniarum nec ornatus equorum: quibus rebus sibi collatis: ultra leges superbus erit. Prohibeatur autem etiam si quis horum studium habuerit: fieri ultra modum utilitatis uestre potentior. Terminos terre mouere non licet. nec proprie nec aliene. per quos uobis seruabitur pax. sed habeantur firmi in eternum positi sicut diuina sententia tamquam preliis et seditionibus mundus: dum accedere ultra terminos auari

uoluerint. Nam neque procul eſt ut tranſcendat legeſ: qui terminoſ uoluerit permutare. Qui uineta plantauerit ſi ante quartum annum folia fructuum attulerint: neque deo ex hoc primitiaſ offerat: nec ipſe comedat. Non enim ſecundum tempuſ hoc illatum eſt: dum natura preter tempuſ uim feciſſe uideatur: unde hoc neque deo neque proprio domino competit ad utendum. Quarto uero anno uindemiet omne quod naſcitur: tunc enim maturum eſt. et colligenſ ad ſacram deportetur urbem: et cum decimiſ aliarum frugum expendat cum amiciſ propriuſ epulando: et cum pupilliſ et uiduiſ. Quinto autem anno ſit dominuſ: ut ei que nata fuerint fructificent. Qui terram uineiſ plantat: non ſeminet eam. Satiſ enim eſt hanc enutrire hoc germen: et laboribuſ aratri eſſe priuatam. Bobuſ terra aranda eſt: et nulla cum eiſ altera animalia ſunt iungenda. ſed proprium hoc genuſ ſit ad arandum. Semina uero ſint munda et inpermixta. et non duobuſ aut tribuſ generibuſ ſeminentur. Non enim communione diſſimilium natura letatur. Neque iumenta permiſceantur: queque cognata non ſunt. Metuebat enim tunc legiſlator ne per hoc iniuria tranſiret ad homineſ: initium a minoribuſ et turpibuſ primo ſumenſ. Nichil enim huiuſmodi debet eſſe licitum: ex quo per ſimilitudinem conuerſio quedam in communibuſ rebuſ habere poſſit acceſſum. Quapropter de uilibuſ rebuſ legeſ negligentiam non habuerunt. ſcienteſ omnibuſ prouidere: ne in aliquo uiderentur eſſe culpabileſ. Metenteſ inquit et manipuloſ colligenteſ. non omnem decet meſſem excutere: ſed relinquere aliquoſ manipuloſ. qui ſint egentibuſ alimentum. Similiter autem et de uinea ramuſculoſ pauperibuſ relinquendoſ: et oliuarum quendam fructum reſeruandum colligentibuſ. et eſcam propriam non habentibuſ. Non enim tanta habundantia ex nimia colligendi diligentia domino utiliſ erit: quanta gratia ex eorum ſacietate proueniet. Tunc diuinitaſ terram ad illationem fructuum promptiorem efficiet. eorum qui non ſue tantum modo utilitati proſpiciunt: ſed etiam per aliorum cibo cogitare noſcuntur. Sed neque boum ora dum ſpicaſ terunt in area ſunt liganda. Non enim iuſtum eſt ut qui ſimul laborauerunt in fructu et circa natiuitatem eius fatigati ſunt: participare prohibeantur. Neque poma matura contingere iter agenteſ arcendi ſunt: ſed tanquam de propriiſ eoſ debent permittere ſaciari: ſiue prouinciales. ſiue ſint peregrini: et cum gaudio prebendum eiſ ad comedendum. Portare uero nichil eiſ liceat. Neque uindemianteſ ex hiſ que ad torcular portantur guſtare prohibeant ſibimet occurrenteſ. Iniuſtum eſt enim bona que dei uoluntate ad uidendum data ſunt inuidere deſiderantibuſ ea comedere: dum pomum ſit in maturitate ſicut deo placuit: et mox abire feſtinet. Et licet pre uerecundiam aliqui contingere non preſumant: rogantes eoſ cum ſint quidem iſrahelite tanquam ſocii. et propter cognationem pariter domini. et ex loco alio uenienteſ: et ut munera ſuſcipiant pariter deprecandi ſunt: que deuſ eoſ uidere conceſſit. Dampna ſiquidem iudicanda non ſunt. quecumque per benignitatem tranſeuntibuſ conferuntur: quando deuſ ubertatem bonorum preſtat hominibuſ non ut utantur ſoli: ſed ut etiam aliiſ largiantur. Volenſ hoc modo deuſ fauorem ſuum circa iſrahiticum populum. et felicitatiſ eorum adminiſtrationem aliiſ apparere: eoſ ſuam habundantiam cum aliiſ participare precepit. Qui uero preter hec fecerit: quadraginta minuſ unam plagam ſabena publica accipere uoluit: et liberum. penam hanc turpiſſimam ſuſtinere: quia dum lucro ſeruiuit. fecit iniuriam dignitati. Bene inquit uobis erit experti erumpnarum egyptiarum atque deſerti. ſi habeatiſ curam eorum qui nunc in ſimilibuſ conſtituti ſunt: et adepti diuitiaſ ex miſericordia et prouidentia dei eaſdem ſimiliter egentibuſ diuidatiſ. Super decimaſ autem duaſ quaſ anniſ ſinguliſ predixi celebrandaſ. alteram quidem leuitiſ. alteram uero ad epulationeſ. terciam quoque per annum tercium expedit fieri: ad diſtributionem inopum mulierumque uiduarum et infantium pupillorum. Germina uero eorum quecumque priuſ naſci contingit ad templum preferant: et preterita hec preferente quam eiſ preſtitit poſſidere dominum benedicenteſ: ſacrificia que legeſ offerre iubent celebranteſ. horum primitiaſ ſacerdotibuſ templi diſtribuant. Cum uero hec quilibet impleuerit: et omneſ decimaſ una cum primitiiſ quaſ leuitiſ ad epulandum dari moſ eſt obtulerit: deſcenſuruſ domum ſtanſ e diuerſo templi. gratiaſ quidem agat deo: quod eoſ ab egyptiorum iniuria liberauit. terramque eiſ magna frui multaque conceſſit. teſtimoniumque perhibeat quod et decimaſ ſecundum legeſ moyſeaſ obtulit: exoretque deum ſibi propicium et placidum ſemper eſſe et communiter cum hebreiſ omnibuſ permanere. atque ſeruet bona que dedit eiſ. et addat quecumque donare poteſt. Vxoreſ autem ducant nubili iam tempore conſtituti. uirgineſ liberaſ: boniſ parentibuſ procreataſ. Qui uero uirginem ducturuſ non eſt. ei non iungatur quam diſcedere ſuaſit ab alio: Ne contriſtet priorem maritum eiuſ. Ancillaſ liberi

non ducant uxores: nec si per amorem ad hoc aliqui compellantur. Concupiscentiam namque decorum est retinere: et congruum libere dignitati. Sed neque fornicarie sequende sunt nuptie: pro quibus corporis iniuriis nuptiales hostias non suscipit diuinitas summa. Sic itaque prudentia filiorum erit libera. et ad uirtutem rectitudinis preparata: si non fuerint de turpibus nuptiis. neque de concupiscentia non legitime conuenientium procreati. Siquis uelut uirginem desponderit. deinde non eam talem inueniat. causam dicturus ipse quidem accuset. utens ad probationem documentis suis: respondeat autem puelle pater aut frater. aut quicumque post eos genere uicinior esse monstratur. Et dum iudicatum fuerit puellam non esse culpabilem. cum accusatore permaneat. nullam habente uiro ulterius potestatem dimittendi eam. nisi magne cause processerint: et contra quas nec respondere possit. Is uero qui audacter aut petulanter puelle causam uicii et derogationis intulerit. multa condempnetur quadraginta minus una plagarum: et quinquaginta siclos patri dare cogatur. Si uero conuicerit puellam fuisse corruptam. siquidem popularis sit eo quod caste uirginitatem usque ad legitimas nuptias non seruauerit: lapidetur. Si uero de sacerdote sit nata: uiua penitus concremetur. Siquis duas uxores habuerit et altera quidem in honore magno et fauore fuerit. aut propter amorem aut pulchritudinem aut ob aliam causam. alia uero in minore apud eum parte consistat: si ex dilecta filius cum sit iunior illo qui ex alia procreatus est. petat propter patris fauorem quem circa matrem habet priuilegia senioris. quatinus duplicem partem accipiat paterne substantie. sicut in legibus definitum est: non ei concedatur. Iniustum est namque. ut qui in natiuitate senior est. eo quod minus mater eius a patre diligatur: debita parte fraudetur. Qui puellam alio corruperit desponsatam. siquidem suadens ei et ad corruptionem sibi consentientem habuerit: cum ea moriatur. Maligni sunt utrique. ille quidem eo quod turpitudinem uoluntariam puellam sustinere suaserit: et nuptiis liberis hec mala preferre coegerit. illa uero quod semetipsam propter libidinem prauam aut propter lucrum ad contumeliam persuasa prebuerit. Si uero alicubi eam inueniens solam nullo adiutore presente compresserit: solus ipse moriatur. Qui uirginem corrupit nondum alicui desponsatam: ipse eam ducat uxorem. Si uero puelle non placeat ut habeat eam: patri quinquaginta siclos pretium iniurie soluat. Ab uxore copulata sibi uolens quisque disiungi: propter quascumque causas que multis modis hominibus peruenire noscuntur. scripto quod numquam cum ea conueniat eum permittat. Sic enim habebit potestatem alio copulari: nam prius illa alteri iungi non

potest. Si autem et illo moriente uoluerit eam prior uir recipere non ei liceat. Que sine filiis fuerit a marito derelicta. frater illius eam accipiat: et natum filium mortui eius nomine uocans: hereditatis nutriat successorem. Hoc enim et publicis utilitatibus proderit domibus minime destitutis: et cognatis possunt substantie conseruari. et mulieribus releuatio calamitatis afferri: quando priorum maritorum proximis coniunguntur. Si uero noluerit eam ducere frater. ueniens mulier apud seniores testimonium huius rei perhibeat quod uolentem eam domi manere. et filium ex ea habere non suscipit. iniuriam faciens fratris defuncti memorie. Requirentibus uero senioribus pro qua causa nuptiis eius abstineat. siue maximam causam siue paruam dixerit ad hoc ueniendum est. ut soluens uxor fratris caligulas illius uiri. et expuens in faciem eius dicat. hoc dignum esse ab ea pati: iniuriam defuncti memorie facientem. Et ille quidem a senioribus abscedat: hoc obprobrium habens omni tempore uite sue. Illa uero si uoluerit: alio cuilibet se petentium nubat. Siquis autem captiuam ceperit uirginem siue iam nuptam uolens ei copulari. non prius liceat cubile eius communionemque eius contingere: antequam illa radens caput suum. et lugubre scema percipiens parentes defleat. et amicos quos in bello perdiderat quatinus de eorum tristicia saciata. sic deinceps ad epulas conuitatur et ad nuptias. Bonum est enim et iustum: accepturus de qua filium habiturus est. ut eius satisfaciat uoluntati: et non tantum in libidinem sequens prauam. quod uxori future carum possit esse contempnat. Triginta uero in luctum diebus expletis. sufficiunt enim isti dies sapientibus ad lacrimas amatorum: tunc procedat ad nuptias. Si uero cupiditate plenus habere eam contempnat uxorem: ad seruicium eam deducere non habeat potestatem: sed ubicumque uoluerit mulier ire discedat. hanc libertatem habens. Quicumque uero iuuenum contempnunt parentes suos. et eis honorem non prebent aut propter uerecundiam. aut propter insipientiam. iniuriam facientes eis: primo quidem sermonibus eos moneant ipsi parentes. Sufficiunt enim ad hec iudices huiusmodi: dicentes non se propter delectationem fuisse coitu naturali permixtos. neque pro augmento pecuniarum. dum essent facultates parenti utrique communes: sed ut ipsi filios haberent qui eos in senectute gubernarent: et quibus egerent per eos haberent: quod dum grate fit deo perpetue carum est. Adiciant etiam hec uerba dicentes. Fouentes studio magno te nutriuimus: nulleque rei pepercimus que ad salutem tuam tenderet. et utilitatem tibi optime eruditionis afferret. Hec autem quamquam decet ueniam tribui iuuenum delictis. monemus te respue in quocumque peritia ex honoratione minoris inuentus es: et admodum temperantia conuertere sciens etiam deum ea

que contra parentes presumuntur nimis ingrate ferre. quoniam et ipse totius humani generis pater est: et una cum illis exhonorari uidetur qui eandem appellationem habere noscuntur. Indignum est enim a filiis hec sustinere: cum et lex talium sit ultrix ineuitabilis. cuius te filii experimentum sumere non optamus. Et si nihil uerbis iuuenum temperetur audacia: ab opprobriis liberatur que ex ignorantia peruenerunt. Sic et enim et legislator bonus inuenietur: et patres felices erunt: uidentes nec filium puniri nec filiam. Cui uero parentis sermones atque doctrina propter intemperantiam suam pro nichilo esse uidebuntur: inimicas et sine pacis federe faciet sibi leges cum frequentibus contra parentes presumptionibus agitur [l. incitatur]. Is enim inquit eiectus et extra urbem insequente multitudine ligno suspensus. et permanens tota die ad uisionem cunctorum nocte sepeliatur: sic etiam alii qui quocumque modo perimi legibus decernuntur. Sepeliantur autem et hostes. et nullus mortuus inexpers iaceat sepulture: soluens penam ultra iustitiam. Nulli uero hebreorum liceat fenerare ad usuras: neque cibum neque potum. Non enim iustum est a contribulo redditum sustinere: sed solatium utilitatis eius lucrum esse decernere. et gratiarum actionem et recompensationem a deo referendam pro benignitate sufficere. Qui uero acceperint siue pecunias siue quoscumque fructus siccos uel humidos. reminiscentes domini hec cum dilectione restituant: tamquam reponentes in propriis loculis. et iterum cum opus fuerit hec tollentes. Qui uero circa redditionem impudentes extiterint non in domibus eorum intreundum est. pignusque sumendum: antequam ex hoc causa dicatur. Pignus enim a foris petendum est: et debitor per se portare debet: nichil resistens ei qui cum auxilio legis ad eum uenit. Siquidem idoneus sit cuius pignus ablatum est: teneat illud creditor quousque restituat quod debetur. Si uero pauper: restituat antequam sol occumbat: et maxime si sit uestis in pignore constituta ut eam habeat ad soporem. quando naturaliter deus pauperum miseretur. Mola uero et uasa ei congrua non sunt accipienda pro pignore: ne instrumentis necessariis ad ciborum alimenta priuentur. et per egestatem aliquid pessimum patiantur. In furto hominis pena sit mortis. Qui uero aurum aut argentum abstulerit: condempnetur in duplum. Qui iumentum rapuerit dampno quadrupli condempnetur: preter bouem purum. Hoc enim quintuplum soluat. Qui uero ad soluenda multa fuerit inops: sit seruus eorum quibus est condempnatus. Siquis fuerit contribulo uenditus. sex annis seruiat: septimo autem liber abscedat. Si uero filio ei ex ancilla nato apud emptorem propter affectum eius et familiaritatis dilectione seruire uoluerit: instante anno iubeleo qui est quinquagesimus. liber efficiatur cum uxore simul et filiis. Siquis autem aurum uel argentum per uiam inuenerit: querat eum qui perdidit. preconemque mittens in quo eum inuenit restituat: et ex alieno dampno non bonam utilitatem esse decernat. Similiter et de pecudibus quecumque in deserto errare conpererit. non inuento repente domino apud se reseruet: testem habens deum nihil quia noluit aliena lucrari. Nulli liceat preterire. cum iumentum alicuius tempestate fatigatum in luto uiderit cecidisse: sed alleuet illud ex proprio adiuuando labore adiutor existat. Uias autem ignorantibus demonstrandas. et non risum aucupantes de eorum errore alienis utilitatibus liceat impedire. Nemo blasphemet absentem. Percussus in lite quis ubi non est ferrum repente mactetur [l. uindicetur]: idem patiente eo qui percussit quod fecit. Si uero portatus ad propria qui percussus est egrotet multis diebus deinde moriatur: sit innocens qui percussit. Sanato autem illo et multas expensas in egritudine faciente: restituat uniuersa percussor quecumque in uulneris sanandi tempus expendit: et quecumque medicis erogauit. Qui mulierem pregnantem calce percusserit siquidem abortiuum fecerit mulier: pecuniis a iudicibus condempnetur: tamquam per corruptionem uentris augmento plebis faciens detrimentum. Dentur et uiro mulieris ab eo pecunie. Moriente autem ea ex ea plaga et ipse moriatur: animam pro anima censente lege ponendam. Uenenum neque mortiferum. neque quod alie sit utile lesioni. ullus israhelitarum habeat. Si uero inuenitur hoc quisquam possidere: moriatur. hoc patiens quod toleraret ille contra quem uenenum probatur esse confectum. Qui excecauerit: similia patiatur. Priuetur quo priuauit alios: nisi forte pecunias accipere uoluerit qui cecatus est. Leges uidelicet illi dant licentiam qui passus est estimare casum passionis sue: concedentes si seuerior esse uoluerit. Bouem cornu percutientem: dominus interficiat. Si uero aliquem interficiat percutiens taurus: ipse quidem lapidatus moriatur. et neque ad cibum utilis habeatur. Si uero etiam culpabilis approbatur dominus. presciens eius naturam nec cauens. et ipse moriatur. et tamquam ipse ei qui a boue peremptus est: auctor mortis extiterit. Si uero seruum uel ancillam bos perimat: ipse quidem lapidetur. triginta uero siclos eius domino lapidati dominus dari dampnetur. Bos autem si ita percussus mortuus fuerit uendatur et qui mortuus est et qui percussit: et pretium amborum eorum domini sibi distribuant. Qui puteum siue lacum effodiunt. diligentiam habeant ut tabularum illic faciant tegumentum: non ut aliquos haurire prohibeant: sed ut nullum ibi sit cadendi periculum. Et si in huius modi profunditatem non clausam. incidens iumentum alicuius moriatur: eius pretium domino proprio soluat. Circumdanda quoque est maceria puteis seu lacis que pro muro sit: quatenus non sinat aliquos illic deuolutos extingui. Depositum uero siquis accepit. tamquam rem sacram aut diuinam ita custodiat: nullusque fraudare creditorem studeat: neque uir neque mulier. nec si in mensam auri lucraturus sit quantitatem: spernens quasi nullus sit qui eum possit arguere.

Generaliter itaque convenit unumquemque suam conscientiam scien-
tem bene agere. et testimonio suo sibi sufficiente universa
agere que ab aliis possunt laudis premia condonare. et ma-
xime respicientem ad dominum quem nullus malignorum latere potest.
Si vero nichil agens dolose perdidit. cui creditum est depositum.
veniens ad septem iudices iuret dominum. quia neque eius consilio vel
malicia periit: neque aliqua rei perdite parte cessit usus. et in-
culpabilis tunc abscedat. Si vero vel in aliqua parte usus fuerit
rem sibi creditam ipse perdat etiam universam: et quecumque acce-
perit reddere condempnetur. Sicut autem de rebus depositis sanci-
tum est: ita et si quis mercedem fraudet operantium corporibus suis
habeatur odibilis. Unde non est fraudanda viri pauperis mer-
ces: scientibus universis. quia pro terra aliisque possessionibus eis hoc
deus prestitit. Sed neque differenda solutio est sed sub die prebenda:
tanquam nolenti deo fraudare quemquam usu laboris sui. Filios
pro iniusticia patrum non debere puniri: sed propter suam virtutem
eis potius misericordia prebenda est. non lesio: quia filii pessi-
morum fuere patrum. Neque odio habendi sunt ab iniquis
nati: sed neque patribus filiorum sunt repensanda peccata: cum
multa iuvenes extra nostram doctrinam sibi arrogent per super-
biam. nolentes que sunt utilia doceri. et cultum fugere per
quem una secum et masculi virtutem. et fructum filiorum procrea-
tionis amittunt. quem nobis hominibus ad augmentum generis
prebuit deus. quando hoc velut in nece futurorum filiorum agitur:
et per hoc eorum exterminatur initium. Nam sicut anime illorum
debilitantur: ita et que sunt corporis permutantur. Similiter
autem quicquid putatur esse videntibus monstruosum: non liceat
fieri neque de hominibus neque de ceteris animalibus. Hec si quidem
vobis legum vestre rei publice sit pacifica constitutio: et deus
propicius eius decorem inviolabilem conservabit. Nullumque fiat
tempus quo in aliquo aliquis hec innovet: et in contrarium mu-
tet. Quia vero necesse est humanum genus in inconsiderata pericula
aut voluntarias turbas incidere etiam de his brevia pre-
loquamur: quatinus prescientes que oportet fieri ad opus salutis
sitis idonei: et non tunc requirentes que vos conveniat facere
minus instructi temporibus succumbatis. Terra quam vobis sine
laboribus prebuit deus. et sine virtutum exercitatione concessit:
prestitit quidem ut eam sine bello fruamini neque aliis in ea
contra vos preliantibus. neque intestina seditione concussis: per quam
contraria vestris patribus gerentes que ab illis sunt custo-
dita perdatis. sed utentes legibus bonis quas vobis deus prebuit
persistatis. Si vero casus belli aut nunc vobis aut vestris filiis
postea forte provenerit extra terminos: hoc agatur. Belli

vero legationem et precones: mittite ad voluntarios hostes.
Ante arma namque apud eos bonum est uti sermonibus de-
clarantibus: quoniam et miliciam copiosam et equos et arma. et
ante hec propicium dominum. et vobiscum pariter dimicantem habe-
atis: tamen petite ut nequaquam cum eis pugnare debeatis.

Explicit liber IIII. Incipiunt Capitula libri Quinti.

Hec sunt in libro quinto Iosephi
hystoriarum iudaice antiquitatis. I. Quomodo Iesus
dux hebreorum dum pugnasset contra chana-
neos et devicisset eos. alios quidem interfecit terram
vero per sortes tribulorum est partitus. II. Quomodo moriente du-
ce transcendentes israelite patrias leges. ad grandes erumpnas
educti. et seditione facta. tribum Beniamin interfecit preter sex-
centos viros. III. Quomodo post hanc afflictionem impie agentes
deus in servitutem dedit assyriorum. IIII. Quemadmodum eis li-
bertas per Cenez sit collata principante annis quadraginta qui
apud grecos ephimeas dicitur iudex. V. Quia rursum populus noster
annis decem et octo servierunt moabitis. et a quodam Aoth nomi-
ne. servitute privatus sit. eo principatum annis octoginta te-
nente. VI. Quomodo chananeis eos in servitutem redigentibus
per annos viginti: liberati sunt per Barachim et Debboram qui
eorum princeps fuit. VII Quia pugnantes amalechite contra
israelitas vicerunt. eorumque provinciam affixerunt per annos septem.
VIII Quomodo eos ab amalechitis liberavit Gedeon. et super populum
fuerit annis quadraginta. IX. Quia multa post eum
successores eius gentibus in circuitu positis plurimo tempo-
re pugnaverunt. X. Fortitudo Sanson et quantorum malorum
auctor fuerit palestinis. XI. Quomodo filii Heli sacerdotis
in pugna contra palestinos occisi sunt. XII. Quomodo pater eorum
audiens calamitatem factam. proiciens semetipsum de sella
defunctus est. XIII. Quomodo hoc bello palestini vincentes
hebreos etiam archam eorum abstulere captivam. Continet
hic liber tempus annorum quadringentorum septuaginta sex.

Incipit liber QUINTUS.

Moyse itaque predicto modo ab hominibus abeunte:
Iesus in eo iam omnibus legitimis finem abeunti-
bus et luctu quiescente. precepit ut populus esset pre-
paratus ad expeditum. Misitque exploratores
ad Hiericum: qui et virtutem eorum et quam ipsi voluntatem
habere videntur agnoscerent: ipse vero disponebat exercitum:
tanquam Iordanem oportuno tempore transiturus. Et convocans
principes tribuum Ruben et Gad et presules Manasse: huius
tribus mediam partem in marnon descripserat habitare: que

e. chananeorum terre pars septima: commemorabat eis quecumque moyses promisissent. atque poscebat ut prestantes et illius prudentie. qui neque dum moreretur circa eos defecisset. et utilitati communi semet ipsos ad ea que precipiebat promptissimos exhiberent. et cum equitibus quinquaginta milibus armatorum. a loco qui dicitur abela ad iordanem accessit: in stadiis sexaginta. Cumque fuisset illic castra metatus. repente exploratores aduenerunt: nichil horum que agebantur apud chananeos ignorantes. Latenter enim prius omnem urbem eorum licenter considerauerunt simul et muros: et quecumque fortes. et qui non ita cauti esse uidentur. Sed et portas: que dum essent fragiles oportunum preberent inuasuris introitum. Non autem curabant ciues quicumque uidissent eos. ista considerare. putantes uisionis gratia peregrinos aptissima ciuitatis loca singula perscrutari: non uoluntate tamen hostili. Cumque uenissent in quo et cenaturi erant essetque his iam discedendi cura: nunciatum est regi cenanti. quod exploratores quidam ciuitatis ex hebreorum exercitu uenientes essent in raab habitaculo cum multa latendi prudentia constituti. Ille uero repente precepit eos comprehensos adduci: ut eos torquens agnosceret. quid agere uolentes adessent. Cumque inuasionem eorum raab agnouisset. nam supra murum stipulam lini siccabat: exploratores quidem illic abscondit. His autem qui fuerant missi a rege dicebat: quod peregrini qui ignoti fuerant ante paululum quam sol occumberet apud eam cenantes abscessissent. quos si timorem ciuitati et periculum ferentes regi uenisse putarent: sine labore eos comprehenderent persequentes. Illi uero muliere ita loquente nullum eius dolum cognoscentes abscesserunt: neque perscrutati sunt habitaculum eius. Cumque perrexissent per uias per quas eos precipue ire credebant. et que ducerent ad uada iordanis. et nullum signum agnoscerent: a labore quieuerunt. Tumultu autem sedato. raab deducens uiros. et periculum peregrinorum salutem faciens suum. que si capi in eorum occultatione potuisset. nequaquam supplicia regis euaderet. sed cum omni domo pessime deperisset: rogabat ut habentes sui memoriam. et dum chananeorum terram optinerent. huius salutis repensationem eos sibi conferre poscebat. Quo facto: dimisit eos abire ad propria. iurantes ut eam liberarent. et qui cum ea forent. dum uenientes in ciuitatem uastarent eam: et omnes habitatores eius secundum sententiam apud se prefinitam perimerent. Hec enim illa scire se dicebat signis dei uirtute monstratis. At illi et de presentibus gratias referentes. et de futuris iurabant. ope se repensaturos fore: et suadebant ut dum sentiret capiendam ciuitatem. omnem possessionem suam et domesticos in illo habitaculo recondere: et ante ianuas coccineum funem appendere. quatinus sciens domum princeps nequid ei mali fieret custodiret. Adiciebant enim. Nunciabimus ei quia tuo fuerimus solatio liberati. Si quis uero pugnando ceciderit tuorum aut tu: nequaquam hoc nobis adscribas. Quapropter deum quem iurauimus nec tibi proponimus: ut in nullo debeas quasi de iusiurandi transgressione dubitare. Et illi quidem hec promittentes abibant dimissi per murum: et ad suos peruenientes nunciauerunt quecumque in urbe gessissent. Ihesus autem pontifici eleazaro et sacerdotibus dixit. que fuerant ab exploratoribus iurata raab: qui iusiurandum sua quoque sententia firmauerunt. Metuente uero duce transitum fluminis cum esset eius impetus grandis. et neque pontibus transiret. nam prius non erat iunctus: qui etiam si uellent ei pontem facere nequaquam se arbitrabantur propter hostes habere promissionem. Init hec transibilem fluuium deus fieri ei promisit: magnitudinem eius imminuens. Et duobus diebus transactis. iesus transposuit cunctum exercitum totamque multitudinem. tali modo. Precedebant equidem sacerdotes habentes archam: deinde leuite tabernaculum et uasa que ad sacrificiorum ministeria sunt necessaria deferentes. Sequebatur autem leuitas per tribus suas omnis exercitus. habens in medio infantes atque mulieres. Metuebant enim propter eos: ne uim in flumine paterentur. Cumque sacerdotibus primis interuenientibus meabilis iam fluuius uideretur: altitudine quidem eius imminuta. alueo uero eo quod non esset multus fluctus quasi ad sicci pauimenti instar exposito. omnis iam confidenter fluuium transmeabant: et qualem eum deus futurum esse predixerat talem conspiciebant. Steterunt autem in medio sacerdotes donec turba transiret: et securitatem attingeret. Omnibus itaque transeuntibus egressi sunt sacerdotes: liberum iam fluuium relinquentes. ut more suo discurreret. Et fluuius quidem egressis hebreis denuo creuit: et magnitudinem recepit suam. Illis uero quinquaginta stadiis precedentibus exercitus usque ad decem stadiis hierichuntis accessit. Iesus autem altare ex lapidibus quos singuli principes tribuum tulerant de profundo iordanis iubente propheta constituens pro facto signo interrupti fluminis. super illud sacrificauit deo: et festiuitatem pasche in illo loco cunctus populus celebrauit. et omnia que eis primitus deerant. facillime tunc habundabant. Nam et messem iam maturam chananeorum metebant: et cetera opulentissima possidebant. Tunc enim

eis etiam cibus manne defecit: quo alti quadraginta fuerant annis.
Cum hec vero israhelite facerent. et chananei nequaquam contra eos exirent.
sed clausi muro quiescerent: iesus eos obsidere deliberavit. Et prima
die festivitatis ferentes archam sacerdotes precedebant. septem buci-
nis suis tubas mittentes: rogabantque simul exercitum. ut viri-
liter circuirent murum senioribus suis sequentibus et tubas mittentibus so-
lummodo sacerdotibus. Quo gesto: ea die nichil amplius facientes ad castra
reversi sunt. Cumque hoc sex diebus fecissent. septima die omnem populum
colligens armatorum iesus captivitatem urbis adnuntiavit: et quia illa
die eis deus eam sine eorum labore contraderet. muris eius sponte pro-
stratis. Omnia esse occidenda quecumque animam potuissent habere precepit:
et nullo labore ab hostium nece quiescendum: et ut neque insidia
cedendi. neque circa predam vacando fugientes contempnerent ini-
micos: sed animantia cuncta perimerent. et nichil ad usum proprie
voluptatis auferrent. Argentum vero vel aurum quodcumque invenirentur
iussit auferri: ut deo precipue gestorum primitie servarentur. quia
primum fuissent civitate subacta percepte. Solam vero raab liberandam
decreverit et generationem eius: eo quod ei exploratores prebuerant
iusiurandum. Hec dicens iesus atque disponens: exercitum deduxit
ad civitatem. Circuibant autem urbem iterum archa precedente. et
sacerdotibus ad opus populum commonentibus. Cumque septies circuissent
et paululum quievissent. repente cecidit murus: neque machina
neque alia violentia muro ab eis illata. Illi vero ingredientes
urbem iericho: omnis in ea perimerent inopinabilem muri ruinam
obstupescentes. utique ad defensionem suam inutilibus muris con-
stitutis. Necabantur autem per itinera constipati et in domibus
apprehensi. nullique penitus parcebatur: sed omnis pariter occide-
bant usque ad mulieres etiam et infantes. Eratque civitas mor-
tuorum plena corporibus: et nullus effugit necis incursum. Civi-
tatem vero cunctam incenderunt: simul et regionem. Raab vero cum suis
ad cenaculum confugientem: exploratores eripuerunt. Quam dum
ad se iesus venire fecisset: gratias egit pro exploratorum salute. Et
pro tali beneficio dixit non se retributionibus fore minorem: donavitque
eam repente multis agris. et rebus maximis honoravit. Siquem
vero locum civitatis pretermiserat ignis. destruebant eum: et super
habitatores eius decidebat. Sed et siquis eam vastatam postea vel-
let instruere maledixit: quatinus qui fundamenta murorum iace-
ret priore filio careret: qui vero perficeret. et novissimum simul
amitteret. Hoc vero maledictum divinitas non neglexit: sed inpo-
sterius dicturus sum passionem que propter effectum evenerit.
Congregata est igitur innumera multitudo argenti simul
et auri necnon et eris: cum nulli placuerit aliquid exinde sub-
stulisse nec ad utilitatem propriam eam diripuisse. Et hec quidem
iesus: sacerdotibus thesaurorum recondenda contradidit. Hoc igitur modo in-
periit iericho. Achar vero zebedei filius ex tribu iuda dum invenisset
clamidem regiam totam auro contextam. habentem auri mazam hoc est
siclorum pondera ducenta. crudele iudicans sibi quod periculum habue-
rat. lucrum inveniens quod in suam utilitatem conferret. daret hoc deo
non magis egenti: foveam fecit valde profundam in suo tabernaculo sup-
fodiens eam. latere se iudicans deum. sicut potuit commilitones.
Vocatus est autem locus in quo castra metatus est iesus galgala: quod no-
men significat libertatem. Transeuntes enim fluvium. iam semet
ipsos ab egyptiis et ab erumpnis deserti. confidebant esse securos.
Post paucos vero dies vastationis iericho. misit iesus triginta mi-
lia armatorum in civitatem adan positam super iericho: qui tamen dimica-
rent. Et congressis hostibus: ceciderunt hebreorum viri sex et tri-
ginta. Cumque hoc nunciatum fuisset israhelitis. magnam tristiciam
et crudelem pariter angustiam habuerunt. non tantum propter cognatos amis-
sos. licet omnes viri boni et nimis exercitati prefuissent: quantum pro despera-
tione sua. Credentes enim iam se terram obtinuisse et a preliis
iam exercitum vacare. deo taliter permittente: potiores inopina-
biliter videbant hostes. Et saccos super induentes stolis suis.
tota die erant in lacrimis constituti. nulla re inherentes ci-
bo: casu siquidem quod contigerat gravissime videbantur afflicti.
Videns autem iesus exercitum ita percussum. et ex omnibus iam rebus
pessima desperatione deiectum. audacter accessit ad deum: et ait.
Non nostra petulantia venimus. ut hanc terram armis subigeremus:
sed mose famulo tuo ad hoc nos adhortante processimus. dum
multis signis possessionem huius terre prebiturum te nobis esse promise-
ris: et exercitum armis hostium facere meliorem. Que sunt hec
que nobis repente venerunt: Hec autem preter spem decepti videmus.
et tamquam non firma sint tua promissa que moses predixit afficimur:
et deterior nunc de futuris metus nos desperabilis habet: primo ex-
perimento talia sustinentes. Sed tu domine quoniam tibi virtus est. malis his
adhibe medicinam. et presenti nostre tristicie prebere victoriam: etiam
de futura desperatione tuo favore nos libera. Sic equidem iesus pro-
nus in terra iacens deprecabatur deum: cui responsum a deo datum est. ut sur-
geret. et exercitum a sua pollutione purgaret: propter furtum
enim rerum ei dicatarum. hanc deditionem nunc super eos evenisse
dicens. sorte vero requireretur qui eum fecerat. ac cum puniretur. vic-
toria eis semper de hostibus proveniret. Hoc igitur populo iesus enarra-
bat: et vocans eleazarum pontificem et principes tribuum per eos
sortem mittebat. Cumque hoc delictum in tribum iuda factum
esse declararetur: rursum per genus sortem misit: et veritas
huius iniquitatis circa cognationem achar illuxit. Tunc denuo
per unumquemque virum inquisitione facta: apprehensus est.

achar. Ille uero cum non potuisset negare deo dum eum ita constrixisse probatus in furto: confessus est. et protulit in medio uestem. Et ille quidem repente peremptus: turpem penam et incunctanter congruam sue presumptioni promeruit sepulturam. Iesus autem purgatum exercitum deduxit ad adan urbem: et nocte circa ciuitatem insidias constituens. diluculo hostibus est congressus. Illis autem cum fiducia propter priorem uictoriam super eos euntibus: simulando se recedere populus hebreorum. hoc modo longius eos quasi persequentes traxit a ciuitate. et tamquam de uictoria confidentes. Dum uero resilisset exercitus contra faciem eorum. didicissetque signa que constituerat eis quos in insidiis collocarat eosque excitasset ad pugnam: tunc illi ciuitatem ingressi sunt. dum essent circa muros eius ciues intenti. aliqui uero et circa aspectum eorum qui egressi fuerant mentibus occupati. Illi eandem ciuitatem ceperunt: et omnes occurrentes sibimet extinxerunt. Iesus autem precedentibus illis ad prelium occurrens: omnes conuertit ad fugam. Cumque refugerent quasi ad integram ciuitatem. et ipsam captam inspicerent. et incensam cum mulieribus ac filiis agnouissent: per agros dispersi sunt. defendere semetipsos solitudine non ualentes. Cum talis siquidem calamitas hostes deprehendisset. infantium turba capta est atque mulierum: et rerum aliorumque uasorum innumera multitudo. Hec non greges pecudum hebrei ceperunt: multasque pecunias. Erat enim locus idoneus. Et hec omnia iesus in galgalis positus. militibus est partitus. Gabaonite uero habitantes iuxta hierosolimam. uidentes passiones que peruenerant iericho et ad anitas. et ad semetipsos transire hanc uastationem existimantes: iesum quidem aperte rogare noluerunt. Neque enim impetrare se quasi aliquid mediocre putabant: dum in interitum totius chananeorum gentis eum pugnare cognoscerent. Cheferitas autem et chiatermitas qui uicini eis erant ad auxilium poposcerunt: dicentes neque illos periculum declinare si ipsos israelite deuincerent. eo adunati uero. possent magnitudinem eorum uirtutis euadere. Et dum hec uerba placuissent: miserunt legatos ad iesum amicitiam postulantes. quos precipue iudicabant idoneos: ut agerent que omnibus expedirent. Illi uero confiteri se chananeos incautum existimantes. fugere se huiusmodi periculum crediderunt. si dicerent cum chananeis nichil sibi quolibet modo competere: sed longissime ab his habitare et uenisse se pro fide uirtutis eorum. ambulantes itinere multo. Et per coniecturam sermonis huius: uestimenta monstrabant. Uestes enim cum noue fuissent quando egrediebantur: longo itineris tempore attritas sibimet asserebant. Ciliciis enim ut eorum uerbis crederetur: utebantur. Stantes uero in medio dicebant se missos a gabaonitis. et uicinis ciuitatibus multum ab ea terra remotis: facturos cum eis pacem more federis patrie sue. Agnoscentes enim dei gratia atque dono terram chananeorum eis possidere concessum: his tributa ferre gratulari et ciues eorum fieri promereri. Hec itaque illi dicentes et indicia itineris ostendentes: rogabant hebreos ad pacta amicitiasque descendere. Iesus autem dictis eorum credens quod non essent de genere chananeorum. amicitias fecit cum eis: et eleazar pontifex cum senioribus prebuit iusiurandum habituros amicos et socios. nichilque cogitaturi aduersus eos iniuste: populo scilicet in iureiurando una consentiente. Et illi quidem que uoluerant callido consilio promerentes: ad semetipsos abibant. Iesus autem castra metatus contra chananeos in confinio gabaonitarum. et agnoscens non procul ab hierosolimis gabaonitas inhabitare et chananeorum generis esse: euocans eorum priores de falsitate culpabat. Illis autem non aliam preter hanc salutis occasionem se habuisse dicentibus. et propterea ad hec ex necessitate uenisse: conuocabat pontificem eleazar et seniores. eisque consentientibus publicos eos famulos. ne iusiurandum transcenderetur esse decretum est. Et illi quidem pro calamitate que comprehenderat eos: hanc sui cautelam atque custodiam inuenerunt. Cum uero rex hierosolimorum grauiter ferret. eo quod gabaonite cum iesu pacta fecissent: uicinarum gentium reges contra eos pugnaturus ad solatia rogabat. Quibus ei presentibus quatuor enim erant et cum eo castra metantibus circa quendam fontem non procul a ciuitate. dum iam pararent obsessionem: gabaonite auxiliatorem aduocauerunt ihesum. Ad hoc enim uentum erat. ut a suis quidam perimisse putarent: et ab eis qui ad interitum chananeorum gentium castra metabantur. saluari se propter amicitias existimarent. Iesus autem cum omni exercitu ad eorum solatia properare festinans. et die noctuque perambulans: diluculo uenit ad hostes. Et fugientes subsequebatur in descensu bethura: ubi etiam dei cooperationem cognouit significatam sibi tonitruis et fulminibus. et grandinis dimissione maiore quam solitum est. Insuper etiam die crescente: ne nox succedens hebreorum impetum refrenaret. Iesus autem reges in quadam spelunca celatos circa matitam inuenit: omnesque puniuit. Quia uero longitudine tunc dies extensus est. et plus solito creuit: palam est per scripturas que sunt in templo reposite. Sic exterminatis igitur regibus qui deduxerant contra gabaonitas exercitum: reuersus est rursum ad chananee montana iesus. Et multa cede in ea facta: sumens predam uenit ad exercitum galgalis constitutum. Et cum de hebreorum uirtute per circuitum habitantes sermo discurrens stuporem haberet omnes. audientes multitudinem peremptorum: castra metati sunt super eos

regeſ chananei qui circa montem libanum habitabant. & chananei qui in campeſtribus erant paleſtinos ſecum ducentes: ueneruntq; ad ciuitatem birothi galileę ſuperioris. qui locus non procul a galileis eſt. Totius autem exercitus armatorum erant trecenta milia. & duo milia curruum. Turbabat itaq; hec multitudo & ipſum ieſum & iſrahelitas. & ſperare meliora propter excellentiam timoris heſitabant. Deo autem arguente timorem eorum. & ſi magis ab eo ſolatium quererent promittente ut deuincerent inimicos: & iubente hoſtium equos ſubneruare. currus incendi dux in promiſſionibus dei factus fidens. proruit ad inimicos. Et quinta die ueniens circa eos: congreſſus eſt. Pugnaq; fortis effecta eſt. & cedes: fide potius quam credi poterit uel audiri. Perſequens autem eos multum: perambulauit omnem exercitum hoſtium & preter paucos extinxit. Sed & reges ceciderunt uniuerſi. Deficientibus autem hominibus ad interficiendos equos: ieſus eos occidit. & currus incendit. Quo facto: licenter prouinciam poſſidebat nullo preſumente bellum ei inferre. Sed & ciuitates obſeſſione capiebat: & quicquid potuiſſet ſumere deuaſtabat. Quintus iam annus tranſierat. & nullus remanſerat chananeorum niſi qui munitione murorum effugerant. Jeſus autem de galgalis denuo caſtra metatus: ſacrum tabernaculum conſtituit iuxta ciuitatem ſelon. locus enim oportunus pulchritudine uidebatur. donec edificare templum quenas cauſa permitteret. Et inde procedens ad ſichimam cum omni populo. altare deo conſtituit: ubi ſicut moyſes predixit diſtribuens exercitum. in monte quidem garizi conſtituit medium & in habel medium: in quo & altare edificauit. nec non & leuitas ſacerdoteſq; diuiſit. Sacrificantes autem & maledicta facientes. & eas aras conſepta relinquentes: ad ſyloam denuo ſunt reuerſi. Jheſus autem cum eſſet ſenex & chananeorum ciuitates non facile capi uideret. tam propter locorum munitionem in quibus erant. quam propter fortitudinem murorum quos pro naturali ciuitatum cuſtodia circumduxerant. & credebant hoſtes deſperatione temptationis ab obſidione recedere. non in ſuo interitu chananei cognoſcentes iſrahelitas egreſſos ab egypto: omni illo tempore erant ad faciendas ciuitates fortiſſimas occupati. Congregari ergo theſus tunc populum in eccleſiam ſyloe. precepit. Quibus cum ſummo ſtudio concurrentibus. commemorans eis & quibus fuerant iam potiti. & actus quos geſſerant quam eſſent optimi. & deo prebente digni. & quia uirtute legum quas ſequebantur triginta & unum reges preſumentes eis bellum inferre

deuicerant. & omnem exercitum quicumq; ſperauerat contra eos ſe fortitudine dimicare ita necauerant. ut neq; eorum generatio linqueretur: cum uero ciuitates alie quidem iam capte uiderentur. apud alias autem longo tempore longa oppreſſione adhuc opus eſſet propter murorum munitionem. & habitantium in eis audaciam: petebat eos qui trans iordanem erant ut laborantes cum eis & impleto adiuuantes fratres ſuos. ſortibus propriis fruerentur. gratias utiq; eis pro labore reſtituendas. Tunc etiam ſingulos ait per tribus de quibus teſtimonium daretur eo quod uirtute precellerent dirigendos: qui terram metientes fideliter & in nullo malignantes eius magnitudinem ſine dolo renuntiarent. Et ieſus quidem hec uerba faciens. populum ſibi habuit fauentem. & uiros qui terram eorum debent metiri duxit: dans eis aliquos terre menſores doctos quos propter artem ueritas non lateret. mandans eis ut in ea menſuras eſtimarent. & felicem terram & que minus eſſet idonea. Hac cita namq; terra chananeorum huiuſmodi eſt. ut & planiciem magnam habeat. & fructus ferre ſit copioſa. Que comparata quidem alie terre creditur eſſe felix. cum locis autem hiericuntis & therosolimitarum eſtimata putatur ualde uiliſſima: licet omnino hec ſpacia parua. & eorum multa montana ſint. magnitudine tamen frugum & ad cibos aptarum & pulcritudine alia ſimilis non eſt. Et propterea eſtimandas potius quam metiendas decreuit has ſortes: dum ſepius unum iugerum pro mille ſit dignum. Viri autem qui miſſi fuerant cum eſſent decem. circumeuntes & eſtimantes terram: ſeptimo ad eum menſe reuerſi ſunt ad ciuitatem ſylon. ubi tabernaculum conſtituerunt. Tunc theſus eleazarum & ſeniores cum principibus cum eo ſumens. & diuiſit hec nouem tribubus & dimidie manaſſe: ſecundum magnitudinem ſingulorum tribuum menſuram efficiens. Cumq; miſiſſet ſortem. iude quidem tribus ſorte cadente elegit ſuperiorem idumeam: que in longum extenditur uſq; ad therosolimam. latitudine uero uſq; ad paludem ſodome conſtituta eſt. Jn hac autem ſorte ciuitates erant aſcalon & gaza. Symeoni uero in ſecunda ſorte prouenit idumea: que circa egyptum eſt. & arabie montem. Beniamite uero ſortiti ſunt a iordane quidem flumine uſq; ad mare longitudinem: latitudinem uero que therosolimis betheliſq; terminatur. Hec autem ſors anguſtiſſima fuit: propter terre felicitatem. Jerichon autem & therosolimitarum tulerunt urbem. Effraim autem tribus a iordane flumine uſq; ad gazaram longitudinem habuit. latitudinem uero quecumq; habuit helis: uſq; ad campum

maximum terminat. Manasse uero medietas a iordane quidem usque ad ciuitatem doron. latitudinem autem habet bithanum que nunc scithopolis appellatur. Post hos autem ysachar carmelum montem et fluuium in longitudine habuit. taburium uero montem in latitudine. Zabulonite uero usque genesar tendentem circa carmelum et mare sortiti sunt et conuallem que carmelum nuncupatur. eo quod huius modi sit. Aserite uero omnem terram que ad sydonem conuersa est habuerunt. Ciuitas autem arce in eorum parte fuit. que etiam actipos nuncupatur. Partes uero ad orientem conuersas usque ad damascum ciuitatem. et galileam superiorem nepthalite susceperunt. usque ad montem libanum fontesque iordanis. quorum fluctus de montibus est collectus. Danite autem loca conuallium ad occasum solis posita tenuerunt. azoto et doris determinatione. que iam iam simul et getha bethoron usque ad montem ex quo iuda pendebat. Sic itaque diuisit ihesus terram. et nouem atque dimidie tribui eam tradidit possidendam. Nam et amorream que et ipsa ab uno chananei filio sic uocata est. moyses dudum capiens tribubus duabus dimidieque distribuit. Hoc autem et prius indicaui. Loca uero circa sydonem et aracheos et amatheos et aritheos inculta tunc erant. Iesus autem cum ei senectus iam impediret. ut non posset ea que cogitabat efficere. et dum qui post eum erant principatum sumpturi negligenter in communi utilitate conuersarentur. precepit singulis tribubus ut nullum de chananeorum genere intra quam sibi sortiti relinquerent. Hanc enim cautelam eis atque custodiam patriarum sollempnitatum fore. hanc etiam mosen predixisse commemorans. et hoc ei esse credendum dicens. Sed et leuitis octo et quadraginta ciuitates esse restituendas qui iam prius acceperant in amorrea decem. quarum tres distribuit fugacibus habitandas. id est de tribu iuda hebron. sichem uero ex effrem. et cades de nepthalim. Est autem hic locus super galileam. Diuisit autem et cunctas prede reliquias. Erat namque terra ampla. et magnas diuitias optinebant. Habundabant enim et communiter omnes et eorum singuli auro et uestibus et aliis uasis. et quadrupedum copia quorum numerus comprehendi non poterat. Post hec autem exercitu in ecclesiam conuocato. eis qui super iordanem in amorrea constituti erant. quorum exercitus quinquaginta milium armatorum esse uidebantur. ita locutus est. Quoniam deus pater et dominus generis hebreorum hanc terram possidere concessit. et possessam semper se nobis seruare promisit. per cuius mandato cognatis indigentibus promptissime uos obtulistis ad omnia. iustum est. nulla uos difficultate ulterius detinente quoniam iam fuit. securis utique nobis de uoluntate uestra. quia si rursus opus fuerit eam ad necessaria insequenter offeretis. neque post hos labores eritis aliquando tardiores. Gratias quoque uobis pro periculis in quibus uiuistis non in solum sed etiam semper acturi sumus. et quia cum sitis boni memoriam habebitis omnium. et mente retinebitis quecumque per uos prouenerunt nobis. Et quoniam usum bonorum uestrorum propter nos distulistis. laborantes prius in quibus nunc dei fauore consistimus. postea uestra sorte frui utile iudicaui. Accesserunt autem supra uestra bona ex laboribus quos nobiscum habuistis multe diuitie predam preciosam augentes. argentum et aurum. Super hec omnia quod maius est uester fauor. ob quam rem ita nos ad quodcumque uolueritis in recompensatione paratos habebitis. quia nequaquam horum que moses predixit estis obliti. illo etiam ab hominibus abeunte. nec est quicquam in quo uobis gratiarum debita non soluam. Gaudentes quoque uos ad sortes uestras dimittimus. et rogamus ut nullum esse terminum nostre cognationis existimetis nec quia uiuit nos iste fluuius est. alteros nos et non hebreos esse credatis. Omnes enim sumus ex abraham qui hic et illic habitamus. unusque deus qui et nostros maiores et uestros. ad illorum produxit uitam. cuius religionis habere et cultum et conuersationem. quam per mosen semper constituit. Perdurantes enim in illis. dei fauorem semper et eius solatium habebitis. Conuersis uero uobis ad imitationem gentium exterminari. ad alabitur uestrum genus. Hec cum dixisset. singulos maiorum et communiter eorum multitudinem salutans ipse quidem restitit. Deduxit autem eos populus non tamen sine lacrimis. et uix semetipsos ab inuicem dimiserunt. Transiens autem fluuium tribus ruben et gad. et quicumque de manasse sequebantur. altare super ripam collocauere iordanis. ut memorabile signum generationi future cognationis eorum qui intra iordanem habitare uidebantur existeret. Audientes autem qui intra iordanem eo quod missi ab eis altare construxissent. et nescientes qua hoc uoluntate fecissent. pro nouitate tamen culture deorum peregrinorum hoc celebratum credentes. et sacrilegio derogatum uerisimile indicantes erant armati ad ultionem eorum qui collocauerant altare fluuium transituri et punituri eos. quasi pro patriarum destructione sollempnitatum. Non enim uidebatur eis esse iustum ut cognationem respicerent. aut dignitatem eorum quia auctores fuerant harum rerum. sed dei amplectebantur mandata. et quoniam honorari con-

gaudeat. Et illi quidem armati sunt pro furore. Retinuit autem eos iesus et pontifex eleazarus. et pariter seniores. sermonibus suadentes ut prius experimentum eorum uoluntatis acciperent. deinde si male uoluntatis agnoscerent eorum mentes: tunc armis super eos incederent. Misit itaque legatos ad eos fineem eleazari filium. et decem alios apud hebreos honoratos: cognituros quid sapientes altare transeuntes super ripam fluminis statuissent. Cumque illis transeuntibus et ad eos uenientibus fuisset ecclesia congregata: stans finees hec dicebat. Magis equidem deliquistis: quam possitis correpti de futuro sermonibus emendari. Veruntamen non secundum magnitudinem iniquitatis uos reddituri uobis: ad arma repente ultionemque descendimus. Cognituri namque uerbis prius corripere uolentes. hanc celebrauere cognationem: quatinus agnoscerent causam pro qua accessistis ut altare fabricaretis. ne petulanter indeterminatis armis adire uos. utrum bona uoluntate fecistis hoc: an reuera culpa conuincitur. unde in uobis iustius ulciscatur. Non enim credimus uos ipsos experimento sepius dei uoluntatem cognoscentes. et auditores legum quas ipse uobis contulit existentes. diuisos a nobis et in propriam sortem uenientes. quam dei gratia et ipsius circa uos prudentia meruistis obliuionem eius habere: et tabernaculum archamque deserentes atque altare quod nobis est proprium. peregrinos introducere deos. chananeorum mala sectantes. Sed nichil iniquum fecisse optamus: agentes penitentiam. et nequaquam uestre mentis interius legumque patriarum pudorem memoriamque sumentes. Si uero in delicto consistitis: nequaquam laborem pro legibus reputamus: sed transeuntes iordanem defendimus eas. Et ante omnia deum nichil uos a chananeis differre credentes: sed sic ipsos uos quoque similiter perimentes. Non enim putetis quod quia transistis fluuium: etiam a dei uirtute estis extranei. Vbique enim in hiis que sunt ipsius estis: et fugere potestatem eius atque iudicium nullo modo poteritis. Si uero creditis hunc locum ubi nunc estis positi. impedimentum esse correptionis: nichil prohibet denuo terram diuidere. eamque ad pecudum paschua deputare. Sed agite temperantes: et a nouo delicto recedite. Rogamus ergo uos per filios et uxores. ne nobis faciatis necessitatem huius defensionis: quia nec uestre ipsorum saluti aut causis expedit sic cogitare. ut non uerbis uinci potius quam experimentum uelitis sustinere preliorum. Hec finee dicente. presules ecclesie et omnis multitudo ceperunt de querimoniis satisfacere et profiteri. neque ab eorum se cognatione recessisse neque pro nouitate altare condidisse. sed et deum unum nosse qui hebreis est omnibus communis: et illud altare positum ante tabernaculum ad sacrificia celebranda: hoc autem altare propter quod et suspecti erant facti. dicebant non religione collocatum. sed ut signum fieret et inditium future familiaritatis: et necesse eis temperare. et in patriis legibus permanere. non esse transgressionis initium sicut suspicatum foret. Testis aiunt nobis sit deus: quia istud altare pro tali causa construximus. Vnde meliorem de his habentes opinionem nichil culpetis ulterius. neque nos extra sortem iudicandos esse credatis: nec eorum similes quicumque generis abraham ad nouas sollempnitates accedunt. Hec dicentes laudans finees reuersus est ad iesum: et eorum uerba populo nuntiabat. Ille uero gaudens. quia neque ulla foret pugnandi necessitas. neque ad sanguinem bellumque deducerentur contra cognatos: pacificas pro his deo hostias immolauit. Et dimittens post hec multitudinem in proprias sortes ihesus: ipse in sichem commoratus est. Quomodo moriente duce transcendentes israelite patrias leges ad grandes erumpnas deducti sunt.

Post hec anno uicesimo senior iam existens iesus: euocabat honoratos maxime ciuitatum. et principes et seniores. et multitudinem quantacumque erat congregari possibile. Quibus in unum uenientibus: cuncta dei beneficia commemorabat. Erant autem multa: per que ab humili forma ad hanc gloriam et substantiam peruenissent. et seruari dei uoluntatem que talis circa eos esset orabat: et pie cunctos poscebat agere. per quam solam eis grata diuinitas permaneret. Hoc enim bene se habere dicebat: ut transiturus a uita huiusmodi eis monita derelinqueret. Poscebatque ab illis: ut que ille diceret memoria retinerent. Et ille quidem talia presentibus loquens defunctus est: cum uixisset annis centum et decem. Quorum cum mose quidem pro doctrina utilium rerum commoratus est. quadraginta. dux autem post illius mortem sex et uiginti fuit: uir nec sapientia indigus. nec earum que cogitabat ut multa sapienter ediceret inexpertus: sed ubique summus. et ad opera periculaque magnanimus. audaxque bella disponere. et in pace dexter. et in omni tempore precipua uirtute conueniens. Sepultus est autem in ciuitate tamna: in tribu effraim. Eodem uero tempore mortuus est et eleazarus pontifex. finees filio sacerdotium derelinquens: cuius sepultura facta est in gabatha ciuitate. Post horum itaque transitum: finees prophetauit secundum dei uoluntatem. ad delendum chananeorum genus. tribui iude prebendum esse principatum. Erat enim studium populo cognoscere: quid etiam placeret deo. Tunc assumpta est etiam tribus symeon ad pugnandum: quatinus exterminatis hostibus subditione etiam eos qui in ipsa sorte consistebant efficerent. Cha-

naneis autem uiuentibus apud se illo tempore: cum magno exercitu eos in Bezecin expectabant. regi Bezecinorum Adonibezeco principatum credentes; quod nomen significat dominus Bezecinorum. Adoni enim hebrea lingua dominus indicatur. Sperabant enim uincere israhelitas. mortuo Ihesu. Congressi uero israhelite duabus tribubus quas predyximus magnifice pugnauerunt: et occiderunt quidem eorum decem milia. Fugantes autem reliquos et insequentes: Adonibezecum quoque ceperunt. Cuius dum manuum ac pedum inciderent summitates: non spero ait latere deum illa patiens. que contra quosdam septuaginta reges facere non erubui. Et uiuum quidem hunc tulerunt usque ad Ierosolimam: morientem uero sepelierunt. Et egrediebantur uastantes ciuitates: et plurimas capientes. Inter hec obsederunt Iherosolimam: sed hanc quidem longo tempore post capientes. omnes in ea habitantes interemerunt. Erat enim eis grauis desuper munitio murorum: et loci natura resistendo. Vnde castra metati sunt in Ebron: et hanc capientes omnes interfecerunt. Relinquebatur autem genus adhuc gigantum. qui propter magnitudines atque formas in nullo aliis hominibus proximas. ultra modum admirabiles. hactenus eorum ossa monstrantur: in nullo his de quibus fides habetur equalia. Quorum genus leuitis precipue dedere munus: etiam cum duorum milium cubitis. Terram quoque dono dederunt Caleb: monente Mose. Hic enim fuit unus exploratorum: quos misit Moses in Chananeam. Dederunt autem et filiis Iethrim madianitide qui fuit gener Moseos: terram ad possidendam. Nam patriam relinquentes secuti sunt eos: et fuerunt in deserto cum eis. Tribus itaque Iuda et Symeon. ciuitates quidem chananeas in montana ceperunt: in campestribus autem et ad mare positarum. Ascalonem et Azotum. Euasit autem cum eis: Gaza et Accharon. Nam dum essent in campestribus. et copiosam haberent curruum habundantiam: irruentes sibimet potius affligebant. Et iste quidem tribus maxime bellando locupletate ad ciuitates proprias recesserunt: et arma deposuerunt. Beniamin uero quorum erat Iherosolima habitatores suos concesserunt tributa persoluere. Et ita quiescentes omnes. alii quidem interficere. alii uero pericla sustinere. ad terram se tradere culturam. Hoc autem et relique tribus imitantes beniamitas faciebant: et eorum tributa percipientes. permittebant chananeos sine preliis esse. Tribus autem Effrem cum obsedisset Bethleem. finem dignum tempore et magna laborum obsessione inuenire non potuit: quando illi licet affecti in obsessione omnimodo perdurabant. Deinde ephraimite sapientes. quendam in ciuitatem euntem necessaria deferentem inuenerunt. et fidem ei dederunt. ut si ciuitatem traderet saluarent eum: et cognatos eius eriperent. Et ille in his iurabat se ciuitatem traditurum. Qui tradens urbem cum suis hoc modo saluatus est. Illi interimentes cunctos inhabitantes ibi: tenuerunt de cetero ciuitatem. Igitur post hec circa hostes quidem molliores erant israhelite: circa terram uero et eius operam diligentiam potius exhibebant. Qui ad diuitias se extendentes epulas et libidinem iam uirtute deficiebant: et in conuersatione legum integri non erant. In his indignata diuinitas suscitauit primum quidem ut ita dicam sua uoluntate chananeos: qui postea secundum eorum actus multa contra eos crudelitate sunt usi. Hebrei namque et circa ea que dei sunt negligentes erant et circa bella difficiles. Cum multa chananeis abstulerint. et ad labores essent propter epulas dissoluti: agebatur ut eorum optima iam conuersatio deperiret. Et seniores non audiebant aliorum preceptum: nec priores ulla sollempnia conseruabant. Erant autem in agris libidine lucrorum intenti: et propter multam requiem seditio eos crudelis iterum comprehendit. Et ad hoc usque perducti sunt: ut adinuicem huiusmodi causa pugnarent. Causa per qua deleta est tribus Beniamin preter sexcentos uiros: uir leuita de populo qui erat sortis Effrem. et ibidem habitabat de Bethleem duxit uxorem. Hic autem locus est tribus Iude. Cumque uehementer amaret coniugem et eius pulchritudine uictus afficeretur. quando ab illa non similiter amabatur. et ille propterea passione amoris ureretur: lites frequenter inter eos eueniebant. Ad ultimum uero mulier his grauata: relinquens uirum abiit ad parentes mense quarto. Vehementerque ferens uir per amorem uenit ad soceros: solutisque litibus placatus est circa eam. Et quidem diebus ibidem commoratus est. prebentibus ei hospitalitatem puelle parentibus: quinta die placuit ut abirent et circa meridiem sunt egressi. Tardius enim dimittebant parentes filiam: et diei iam tarditas accedebat. Vnus autem famulus sequebatur: et asinus erat eis in quo mulier uehebatur. Cumque uenissent circa Ierosolymam. ambulantibus stadiis triginta persuasit famulus ut remanerent: ne et propter noctem ambulantes difficultas aliqua comprehenderet. dum nec procul hostes existerent. et tempus frequenter incautum faciat suspecta. que iam putantur esse tutissima. Illis autem non placuit apud alienigenas uiros succedere. eratque ciuitas chananeorum: sed accedentes uiginti adhuc stadiis. optabant ad propriam descendere ciuitatem. Cumque hec sententia ualuisset: uenit in Gabaa tribu Beniamin iam uespere. Et cum nullus ciuium eum in mansione susciperet: senior quidam ex agro descendens. qui de tribu quidem erat

effrem in gabaa uero commorabatur. uidens eum qui erat interrogabat: et propter quas causas mittens cum iam essent tenebre necessaria cene requireret. Ille uero leuitam se quidem dixit esse: mulierem autem a parentibus reducere. et ad patriam remeare. Habitationem uero significabat se habere in sorte effrem. Quem senior et pro cognatione et eo quod eandem possideret tribum. et propter colloquium ad suum duxit hospitium. Quidam uero iuuenculi gabaonitarum. mulierem in platea uidentes et pulchritudinem stupescentes. dum apud illum senem eam successisse cognoscerent contempnentes eorum infirmitatem et paucitatem: uenerunt ad ianuas eius. Et cum eis senior ut abscederent supplicaret. et ut ne uiolentiam inferrent hospiti. nec iniuriam: illi petebant ut data sibi muliere a rerum inuasione recederent. Seniore uero dicente quia et cognata esset et leuites. et per libidinem in lege inique delinquerent: deficientes circa iusticiam deridebant. minabanturque se eum interficere. eo quod eorum cupiditatem impediret. Cumque in necessitatem uenisset nolens hospites in contumelia magna relinquere. suam eis filiam cessit: dicens minus esse peccati si concupiscentiam suam in ea complerent. quam si iniuriam peregrinis inferrent: et iniuriam non perferre quos susceperat hoc modo putabat. Cum uero illi nequaquam a suo feruore pro peregrina recederent. sed imminerent ut eam acciperent: ille quidem supplicabat ut nichil inique presumerent. At illi rapientes et adicientes per libidinem uiolentiam. ad semet ipsos mulierem deduxerunt: et per totam noctem usque ad principium diei. in eius corpore ludibria sunt exerta. Illa uero defecta in his que peruenerant ad hospitem rediit: et contristata in his que pertulerat pro uerecundia ad faciem mariti minime presumebat accedere. Cumque circa se pro his que contigerant incurabilem rem putaret: lectulo decumbens animam dereliquit. Vir autem eius arbitratus sopore graui mulierem detineri. nichil mali metuens excitare eam temptabat et consolari: quia raptorum non spontanea uoluntate se prebuisset iniuriis. Cum uero certe defunctam cognouisset: ad malorum magnitudinem imponens iumento mortuam ad se portauit uxorem. Et diuidens eam per membra in partes duodecim. per tribus singulas destinauit: mandatum dans portantibus ut perderent auctores mortis eius. et huiusmodi crudelitatem cunctis tribubus indicarent. Illi autem et aspectu et auditu grauissimorum malorum affecti. nullum penitus huiusmodi sumentes exemplum: congregati et in arma procedere repente temptabant. et insilire gabaanitis ut hostibus. Retinuerunt autem eos seniores suadentes non oportere sic cito contribulis inferre bellum. antequam uerbis agerent de criminibus: quando lex nec circa extraneos permitteret preter legationem israhelitas bella tractare si forte penitentiam agerent: qui iniuste aliquid assumpsissent. Bonum ergo esse ut legi obedientes ad gabaanitas mitterent: et mali auctores expeterent quibus prebitas eos punirent. contempnentes autem armis adirent. Miserunt ergo ad gabaanitas accusantes iuuenes de muliere. et eos dari ad supplicia deposcentes qui legitime non egissent: quasi esset iustum ut pro omnibus illi potius morerentur. Gabaanite uero neque iuuenes tradiderunt. et crudele iudicauerunt timore belli alienis obedire preceptis. in nullo se putantes esse minores armis. neque multitudine neque bellandi presumptione. Erant autem nimis instructi: et super alias tribus industrii. Despexeruntque illos et indignati sunt e diuerso tanquam compressuri: uiolentiam facientes. Cumque talia fuissent israhelitis enunciata: iusiurandum fecerunt. nullam suorum uiro beniamiti dari nuptiis filiam: sed armari super eos. et amplius eis quam aduersis chananeis existere. quos hebrei sepius expugnassent. Repente ergo duxerunt super eos exercitum. cccc. milia uirorum. Beniamite uero habuerunt uiginti quinque milia armatorum. et aliorum sexcentorum: qui sinistris manibus a fundibalari uidebantur experti. Et in ipso prelio circa gabaa fugauerunt israhelitas beniamite uiri: cecideruntque ex eis uiginti duo milia: fuissentque plurimi forte necati. nisi nox eos retinuisset: et a pugna soluisset. Et beniamite gaudentes abibant in ciuitatem: israhelite uero obstupescentes se ita uictos ad exercitum remeabant. Altera uero die rursum congressi cum eis pugnauerunt et beniamite uicerunt: et mortui sunt decem et octo milia israhelitarum. Metuentesque exercitum reliquerunt. Venientesque in ciuitatem bethleem proxime constitutam. et ieiunantes altera die deprecabantur dominum per finees sacerdotem. ut eius ira quiesceret. eique in duabus deuictionibus satis fieret: daretque eis potentiam contra hostes atque uictoriam. Deus autem hec fieri finees prophetante promisit. In duabus itaque partibus diuidentes exercitum. mediam quidem partem in insidiis circa urbem nocte collocauerant: medii uero beniamitis congressi paulatim eis imminentibus recedebant. et beniamite sequebantur. hebreis paulatim refugientibus et omnino uolentibus omnes eos ab urbe protrahere. quos quasi fugientes insequebantur: ita ut etiam seniores et iuniores in ciuitate propter infirmita

tem relicta discurrerent: adire uolentes hostes. Cum uero multum a ciuitate recessissent: fugere quidem hebrei cessauerunt. Conuersi autem steterunt ad pugnam: et illis qui in insidiis erant dederunt signum. Qui surgentes cum clamore hostes congressi sunt. Illi uero ut sensere se esse deceptos. in angustia constituti. et in quadam ualle coacti. et concauo loco collecti sunt: et ibi iaculis sauciati. ita ut omnes interirent preter sexcentos uiros. quique conuersi et constipati et per medios hostes transeuntes effugerunt ad uicinos montes: quos tenentes ibidem commorati sunt. Illi uero circa uiginti et quinque milia sunt exempti (ł gerancti). Igitur israhelite et gabaa ciuitatem igne concremauerunt. et mulieres et infantulos masculos peremerunt: aliis beniamitarum ciuitatibus similia facientes. Sicque erant contra eos infesti: ut etiam gabaanitas qui erant galaaditis regionis. eo quod auxilium ei non prebuissent contra beniaamitas mittentes duodecim milia de suis armatis. iuberent eos interimi. Occideruntque hii qui fuerant missi. omnes pugnaces ciuitatis cum filiis et uxoribus: preter quadringentas uirgines. Tanta ira succensi sunt propter passionem corrupte mulieris: et armorum ab eis electa conditione. Post hec autem israhelite pro calamitate beniamitarum penitenti sunt: et super hoc ieiunare proposuerunt. licet iusta passi essent. eo quod in legem peccauerunt. Tunc sexcentos qui fugerant euocauere legationibus. Erant enim super quandam petram que suas appellatur. Legati uero non illis tantummodo calamitatem peruenisse. sed etiam sibi cognatis pereuntibus ingemiscentes. suadebant eis ut patienter ferrent. et ad illorum cetum concurrerent: ne omnino quantum ad se beniamitarum tribum exterminari decernerent. Dicebantque simul. Cedimus uobis terram: et predam quantamcumque tollere poteritis. Illi uero contra se his dei decreto gestis. quando in sua iniquitate scientes pugnauerunt ad tribum patriam: obedientes uocantibus aduenerunt. Israhelite uero quadringentas uirgines iabitidas uxores eis dederunt: et deducentis reliquis cogitabant. quomodo et illi habeant uxores. et filios procrearent. cum utique iurassent ante bellum. ut suas filias nulli beniamite coniungerent. Et alii quidem suadebant illud iusiurandum non debere seruari. quod per iram non uoluntate neque iudicio peruenisset: nichilque foret deo molestum si tribum perituram seruare possent. adicientes periurium. non quando necessitate fit esse pessimum: sed quando fuerit malignitate commissum. Cumque seniores periurii nomen ualde metuerent quidam ait. Hoc consilio. et isti habebunt uxores: et religio iurisiurandi seruabitur. Ter in annum in sylo ad matrimonium fit conuentus: sequunturque mulieres et uirgines chorum. Sinantur ergo beniamite ut rapta ducant uxores quasque potuerint: nobis neque incitantibus neque prohibentibus. Et dum patres eorum questi fuerint uindictamque poposcerint: dicemus eos potius esse culpabiles qui custodiam non habuerunt filiarum. Oportet enim beniamitis iram cedere: qua iam circa eos usi sumus in mensa. His itaque consentientes: decreuerunt beniamitas rapti nuptias celebrare. Instante uero festiuitate: illi quidem ducenti uiri exterminate (ł intimum) ciuitatis. per uineas et loca in quibus se latere credebant positi. insidiabantur uirginibus uenientibus. Ille autem cum luso nichilque metuentes. sine custodia properabant. Tunc illi surgentes tenuere dispersas. Eo modo ducentes uxores. ad opera se terre dederunt: studentes ut ad secundam felicitatem denuo remearent. Hoc itaque modo tribus beniamin cum pene tota perisset: israhelitarum sapientia reparata est. Floruit itaque repente. et opulentie magnitudine aliisque ditata rebus est. Hoc ergo bellum: ita sedatum esse cognoscitur. Horum uero similia etiam tribum dan ex huiusmodi causa sustinere contigit.

Quomodo post hec eos deus dedit in seruitute assiriorum.

Cum israhelite bellorum studia reliquissent. et ad opera se terre dedissent: chananei contempnentes eos nec aliquid apud se pati ab eis credentes suum collegerunt exercitum: firmam habentes spem quasi hebreos affligerent: de cetero ciuitates latenter inhabitarent. Cursusque faciebant et exercebantur. Remisse urbes ad inuicem sibi consentiebant: et de tribu iuda ascalonem ciuitatem. et accharon abstulerunt: et multas alias in campestribus constitutas. et ipsos danitas in montana confugere compulerunt. nec paululum eis locum in campestribus relinquentes. Et dum illi nec ad bellandum essent idonei. nec terram sufficientem sibi iam haberent: miserunt de suis quinque uiros ad loca mediterranea. qui terram inspicerent in qua de cetero habitare potuissent. Illi autem non procul a monte libano. et iuxta iordanis fontes circa maximum campum sydonis ciuitatis. uiam trium dierum perambulantes: contemplantesque terram bonam. et nimis uberrimam significauerunt eis. Quo cum exercitu procedentes. edificauerunt illic urbem dan cognominatam ab uno filiorum iacob. ex quo ipsa tribus appellata uidebatur. Israhelitis autem et cum essent

in labore difficiles. et quod in diuinitatis cultu defecerant: aduersa perueniebant. Nam dum fuissent a sua conuersatione transgressi. ferebantur ad libidinem ut pro sua uiuerent uoluntate: ita ut imminentibus chananeis. malis omnibus implerentur. Iratus est igitur eis deus: et felicitatem quam innumeris laboribus adquisierant. propter epulas amiserunt: castra siquidem contra eos agente cusartho rege assyriorum multa pugnantes perierunt: et oppressi fortiter capti sunt. Quidam uero propter timorem sponte se illi contradiderunt: et maiora quam possent tributa imposita sibimet exsoluebant. et diuersas iniurias perferebant per annos octo. Post quos hoc modo liberati sunt.

Cenez quidam de tribu iuda uir industrius prudentiaque fortissimus. responso sibi dato ne despiceret hebreos in necessitate huiusmodi constitutos. sed ut potius reducere eos ad ius libertatis auderet: paucos quosdam in his laboribus preceptis diuinis adhibens sibi. quibus tunc in illis rebus positis aut pudor esset. aut spes confidentie uiuis adueniret: primum quidem cusarthi castra. disrupit. Cumque plurimi hebreorum ad certamen accederent. eo quod bene eis prior confidentia processisset. cum assyriis congressi sunt: eosque ualde persecuti eufraten transmeare coegerunt.

Cenez autem cum ipso opere fortitudinis sue probauisset effectum. principatus accepit honorem. ut populum iudicaret: in quo scilicet quadraginta annis conuersatus est. Hoc autem moriente: denuo res israhelitarum sine principe uexabantur. Et dum honorem deo non ferrent nec legibus obedirent. magis ac magis afflictionibus subiacebant: ita ut eglon rex moabitarum. despiciens inhonestam conuersationem eorum. bellum eis inferre presumeret et multis eos preliis obtineret ac subderet: et omnem potestatem eorum prorsus humiliaret. eosque iuberet tributa persoluere. Constituens autem sibimet regnum in hiericho. nihil mali reliquit quod populo non imposuerit: eosque ad inopiam usque perduxit. annis octo et decem. Miseratus autem deus in his que patiebantur et eorum supplicationibus inclinatus: ab iniuria moabitarum. hoc modo eos eripuit.

Quidam iuuenculus nomine aoth de tribu beniamin ex parte gerta audaciaque fortissimus. et corpore ad opera exercenda robustus. in leua manu fortitudinem maximam habens. cum in hiericho habitaret. eglon regi factus est notus muneribus eum placans: ita ut per hec etiam ceteris qui erant circa regem carus existeret. Aliquando autem cum duobus famulis munera regi ferens. latenter gladio in dextro femore ligato: introibat ad eum. Erat autem estatis tempus. Et cum iam dies medius esset regie quiescebant custodie: propter estum cunctis ad prandia recedentibus. Cum igitur iuuenculus egloni munera protulisset. commoranti in quodam loco caloris temporibus oportuno: eius secretum petiit. Aderant autem soli famuli regis. Cumque rex famulos abire iussisset. ut cum aoth loqueretur. et sederet super solium suum. et aoth terror inuasisset. ne eum fortissime percuteret: relaturum se ex dei precepto somnium dixit. Cumque ille pro somnii recitatione letus de solio surrexisset: aoth eum in corde percussit. Et gladium derelinquens egressus est. et clausam ianuam dereliquit. Ministri uero quiescebant: credentes regem in sopore conuersum. Aoth uero in hiericho cunctis latenter hoc indicans: exhortabatur eos ut suam defenderent libertatem. At illi gratissime hoc audientes: tubis utebantur. Mos enim est patrius: his populum conuocari. Ministri quidem eglon diu quod ei contigerat ignorantes. cum iam aduesperasceret metuentes ne quid ei inopinabiliter accidisset: in eius cubiculum sunt ingressi. eumque mortuum comperientes: in stuporem conuersi sunt. Et antequam sua castra colligerent: israhelitarum super eos irruit multitudo. Et alii quidem repente perempti sunt. alii in fugam conuersi tanquam in terra moabitida liberandi. Et tanta autem peremptorum ultra decem milia uirorum. Israhelite autem preoccupantes iordanis transitum. multos eorum interfecerunt: et nullus eorum manus euasit. Et hebrei quidem hoc modo ab istorum seruitute priuati sunt. Aoth uero ob hanc causam principatu honoratus a plebe. defunctus est. dum hanc potestatem tempus octoginta tenuisset annorum: uir utique etiam propter hanc causam maxima laude dignus existens. Et post hunc senagar filius anath electus ad principatum: primo anno uitam expleuit.

Igitur israhelite calamitates quas passi fuerant non colendo dominum nec legibus eius obediendo. correptio[illegible]m non adsignantes dei: antequam moabitarum seruitio [illegible] respectarent. a rege chananeorum iabith nomine subiugati [illegible] sunt. Hic autem ortus quidem uidebatur de ciuitate [illegible] asore que posita est super paludem samachonitidem. Habebatque armatorum trecenta milia. equitum decem milia: et curruum tria milia possidebat. In hac itaque militia dux erat sisara: apud regem honore primus. Qui conueniens israhelitas uehementer afflixit: ita ut tributa eis imponeret. Qui uiginti quidem annis hec soluere passi sunt:

cum nec ipsi per infidelitatem saperent. et deus maiore tempore
eos dominari vellet propter eorum iniurias. et ingratitudines ni-
mis iniustas. De cetero autem temperantes a malis suis. et ag-
noscentes has calamitates sibi pro legum contemptu venisse.
quandam prophetissam nomine debboram. quod nomen hebraica
lingua significat apem. rogaverunt ut deprecaretur dominum quatinus
misericordiam haberet eorum: nec despiceret eos a chananeis op-
pressos. Deus autem annuit eorum saluti: et ducem elegit de
tribu nepthalim barachum. quod nomen choruscationem he-
braica lingua significat. Evocans ergo debbora barach.
iussit eum eligere decem milia iuvenes: et ad hostes
procedere. Presumebat enim predicente deo. et victoriam
promittente. Cum barach dixisset non se exercitum fore
ducturum nisi et illa quoque una procederet: irata dixit. Tu quidem
cedis mulieri dignitatem quam tibi contulit deus: ego vero non
refutabo. Et congregantes decem milia viros: castra me-
tati sunt apud thabor montem. Quibus sisara rege precipi-
ente obviam venit: et non procul ab eis castra fixit. Israeli-
te et barach obstupescentes multitudinem hostium. de
fuga iam cogitabant: sed debbora retinebat eos. et ipsa
die dimicare precipiebat. Victuros itaque eos deo auxili-
ante pollicebatur. Congressis ergo atque permixtis: ymber eis
magnus influxit. Et quia nimia simul grando et pluvia.
in faciem chananeorum versa est. et ventus eorum aspectibus im-
minebat: arcus eorum et fundibule inutiles fiebant et ar-
mati propter frigora uti gladiis non valebant. Israelitas vero
tempestas immissa post tergum minus nocebat: qui auxi-
lio dei sumebant valde fiduciam et hostes medios cir-
cumdantes multos eorum interfecerunt. Et alii quidem ab israelitis
extincti sunt. alii vero equis excussi pedibus ceciderunt: ita
ut etiam multi eorum conculcati curribus morerentur.
Sisara vero exiliens de curru cum videret fugam exer-
citus sui factam. fugiens venit ad quandam mulierem ceti-
nedarum nomine ialis. quem rogantem ut celaret eum suscepit:
et petenti poculum dedit lactis. Erat enim fatigatus. Et
cum nimie bibisset: conversus in somnum est. Illa vero dormi-
enti ferreum clavum per timpus immisit: et cum malleo
percussum ad terram usque deposuit: et hominibus barach post
paululum venientibus eum ostendit in terra confossum.
Sic ergo victoria constitit. secundum ea que a debbora dicta sunt:
ut per mulierem hic triumphus accideret. Barach autem
agens exercitum super assur. obviam venientem interemit
iabin: et cadente principe civitatem usque ad fundamenta

decidens: princeps fuit per quadraginta annos hebreorum.

Eodem itaque tempore moriente barach et debbora.
post hec madianite rogantes amalechitas et
arabas. castra metati sunt super israelitas: et con-
gressos sibimet viri pugnaces interemerunt: eosque manibus
alligantes cuncta depredabantur. Hoc facientibus illis per
annos septem. israelitarum populus per montana collectus est. et
campestria dereliquit: foveas quasdam et speluncas faci-
entes. ut fugientes ab illis potuissent quodammodo liberari.

Namaziani te agentes estatis tempore exerci-
tum. per hiemem israelitas terram colere permitte-
bant: ut laborantes facillime comprimere pos-
sent. Erat ergo fames et ciborum maxima difficultas. Tunc ergo
conversi ad dei preces hebrei: ut eos eriperet exorabant.
Gedeon autem iasi filius de tribu beniamin paucos manipu-
los spicarum ferens latenter eos terebat in torculari: cum
metueret hoc facere publice in area propter hostes. Tunc
visio apparuit ei in forma iuvenculi: dixitque eum felicem
et carum deo. et hoc esse maximum eius propitiationis in-
dicium. eo quod tunc uteretur pro area torculari. Cumque
eum preciperet fiduciam habere et festinare quatinus de-
fenderet libertatem. ille hoc impossibile sibi esse dicebat:
quando et tribus ex qua esset multitudine privaretur. et puer
esset ad tantarum rerum opus infirmior. Deus autem quod di-
xerat se impleturum esse dicebat: eoque duce israelitis se vic-
toriam prebiturum. Et cum hoc gedeon quibusdam iuve-
nibus enarrasset. creditumque fuisset. et repente ad certami-
na decem milium virorum videretur preparatus exercitus.
astitit gedeoni per somnium deus: et inbecillem naturam
hominum sibi placere declaravit. et que esset fortitu-
dine precipua repudiavit: ut victoriam non sibi sed deo
prope reputarent. tamquam si multo hoc dignoque gereretur
exercitu: credentes quia eius auxilio victorie opus fuisset
impletum. precepitque ut circa medium diem in solis
ardore ad fluvium faceret venire exercitum: et eos quidem
qui inclinati biberent magnanimos estimaret: qui vero cum
festinatione turbateque biberent. eos crederet hostium for-
midine detineri. Et cum hoc gedeon secundum dei iussionem
adimplesset: trecenti viri reperti sunt qui aquam manibus
cum timore lamberent. Dixitque deus: ut istos ducens ho-
stes adiret. Posuerunt itaque castra super iordanem: die
altera transituri. Et cum gedeon cum timore consisteret
quem ei predictum fuerat ut nocte hostes invaderet: volens

deus eum a formidine reuocare. precepit ut sumens unum militem iuxta tabernacula madianitarum accederet. ab eis consilium belli confidentiamque sumpturus. Obediens autem et sumens proprium famulum nomine zara. accedens ad quoddam tabernaculum inuenit uigilantes in eo. et iuuenculum aliquem suo commilitoni sompnia recitantem. ita ut et gedeon audiret. Erat enim huiusmodi uisio quam dicebat. quasi uidisset panem ordeatium. qui puilitate sua incomestibilis esset hominibus. per exercitum reuolutum regis apprehendisse tabernaculum. nec non et cetera decisse. Ille uero uisionem interitum exercitus significare pronunciauit. dicens unde hoc etiam uideretur ei. Omne inquit semen ordeatium. constat esse uilissimum. Et tamen omnem populum israhite uidentur abiecti uelut genus ordei. et apud israhitas nunc gedeon exultat et eius exercitus. Quia uero panem te uidere dixisti qui tabernacula nostra uastauit. metuo ne deus contra nos gedeoni uictoriam condonauerit. Gedeon autem sompnium audiens spem magnam habuit pariter et fiduciam. iussitque suos armari. narrans eis etiam hostium uisionem. Illi uero in his que dicta fuerant preparati sunt. et circa primam uigiliam gedeon suum ducebat exercitum tripartite diuisum. Portabantque cuncti uacuas faretras et lampades ardentes. quatinus grauis hostibus uideretur inuasio. et in dextera manu cornua quibus pro tubis utebantur. Multum itaque locum hostium tenebat exercitus. habebatque multitudinem camelorum et secundum morem gentium pascentes. in uno circuitu erant omnes. Hebreis autem predictum fuerat. ut dum uenissent circa hostium castra. signo dato tubis canerent. faretrasque concutientes cum lampadibus impetum facerent iubilantes quia uictoriam deus gedeoni conferret. Quod dum fecissent. [turba] timor comprehendit homines adhuc dormientes. Erat enim nox. et hoc fieri deus ita preceperat. Suntque perempti pauci quidem ab hostibus. plurimi uero a semetipsis. eo quod linguis patriis discordarent. Nam dum fuissent in turba redacti. unusquisque perimebat proximum. dum eum crederet inimicum. et facta est magna cedes. Fama uero uictorie gedeonis ad israhitas perueniente. cuncti simul armati sunt persequentes hostes. et comprehenderunt eos in quadam conualle scopulis ualde circumdata. quam transire non possent. Et circumstantes occiderunt omnes. duosque simul reges zeb et zebee. Reliqui uero duces reliquos milites colligentes qui erant quasi octo et decem milia. castra metati sunt multum procul

ab israhelitis. Gedeon autem labore non fessus est. sed persequens cum omni exercitu eosque congrediens. fortes uniuersos funditus interemit. et reliquos duces zerbin et zarnon. apprehendens captiuos duxit. Mortui sunt in ea pugna madianitarum et arabum qui eis solatia prebuerunt quasi centum et uiginti milia. multaque preda auri. et argenti. et uestium. et camelorum et subiugalium hebraice tunc est collata uictorie. Gedeon autem ueniens in ephron propriam regionem. occidit reges madianitarum. Tribus autem effrem cum grauiter ferret quod cum eo minime dimicasset. exercitum super eos festinabat inducere. cur eis non indicasset. quando hostes inuaserat. Gedeon uero cum esset humilis animo et omni uirtute summus. dicebat non se auctoritatis sue consilio preter eos contra hostes. sed deo iubente pugnasse. Victoriam uero non minus eorum quam sui laboris esse fatebatur. His igitur sermonibus eorum mitigans iram plus hebreis profuit quam hostium preda. eosque a precipitio intestine seditionis eripuit. Iniurie tamen huius penam illa tribus excepit. quam scilicet oportuno tempore declarabimus. Gedeon itaque principatum ponere uolens coactus tenuit illum. annis iugiter quadraginta populi iura disponens. Et diuersis ad eius iudicia concurrentibus quecumque dixisset firmissime seruabant. Qui cum senex defunctus fuisset. in ephron regione sepultus est. Habuitque filios quidem liberos septuaginta. plures enim habebat uxores. naturalem uero unum de concubina droma nomine abimelech. Qui post mortem patris pergens in sichem. ad cognatos sue matris unde fuerat orta. et sumens ab eis pecunias. quoniam in iniquitatum magnitudine uidebatur insignis. cum eis ad patria que tecta regressus est. et omnes fratres occidit absque solo ionatham. Hic enim fugit. beneficio liberatus. Abimelech autem assumpta tyrannide. dat animum se pro legitimis filiis. et in his que uellet facere declarauit. Quod uehementer iusticie presulibus erat acerbum.

Igitur dum quodam tempore publica in sichem festiuitas esset cunctaque illic multitudo consisteret. frater eius ionatham quem fugisse prediximus. ascendens in montem garizin qui sichimorum supereminet ciuitati. clamauit et multitudine prebente silentium. petiit ut quod diceret libenter audirent. Factoque silentio dixit. quod arbores facto sui concilio. humana uoce pecissent ficum. ut super eas regnaret. Qua denegante eo quod honore fructus proprii frueretur. nec alium querere deberet extraneum. arbo

res rursum cogitationem regni non reliquerunt. Visumque eis est: ut honorem uiti preberent. Sed et uitis electa. isdem uerbis quibus ficus usa respuit regnum: hoc ipsum facientibus et oliuis. Rannus quam arbores petierant. ut regnum sumeret super eas. hoc enim genus inter ligna quod habet ignem proferendi naturam. promisit se regnum suscipere. et insequitur imperare: ita tamen ut sub umbra eius requiescerent. Si uero ei contraria forent: eius igne concremarentur. Hec autem inquit non risus causa dico: sed quoniam multorum bonorum experti gedeon. in re quam nunc gerunt hoc despiciunt eligentes abimelech in principem huius qui cum eo fratres interemerit: cum utique mich ab eis differret. Cumque talia dixisset: abscessit et habitauit in montibus latenter annis tribus timens abimelech. Post non multum itaque tempus sichimite peniti pro nece filiorum gedeon: expulerunt ab urbe pariter et a tribu. Ille uero cogitabat affligere ciuitatem. Tempore autem superueniente uindemie metuebant colligere fructum: ne quid eis abimelech faceret mali. Veniente uero ad eos quodam principe gaal nomine cum armatis cognatisque suis: sichimite poposcerunt sibi ab eo preberi munitionem donec uindemias congregarent. Quo eorum faciente petitionem procedebant ad opus suum: et cum eis gaal suos ducebat armatos. Cumque fuisset fructus cum securitate collectus: et cenantes per singulos choros abimelech aperte iam presumerent blasphemare. sed et principes insidiis loca circa ciuitatem apprehendentes multos abimelech latenter interfecissent: zebul quidam princeps sichimitarum cum esset extraneus. ea in quibus populum gaal exacuebat abimelech missis nuntiis indicauit. et monuit ut insidias poneret circa urbem seque suasurum gaal ut egrederetur de ciuitate. Quo facto. irruere super eum deberet abimelech. et agere ut se in eo defenderet: et deinceps sibimet populi amicitias collocaret. Cumque abimelech in insidiis resedisset. et gaal incaute commoraretur in suburbano. et cum eo zebul: uidens paulatim armatos accedere gaal. ad zebul ait insidiari sibimet uiros armatos. Quo respondente umbras esse petrarum: cum magis appropinquarent uerius hoc aspectu considerans: non umbrarum esse sed uirorum insidias dixit. Responditque ad eum zebul. Nonne maliciam abimelech accusabas: Cur itaque tue uirtutis magnitudinem non ostendis. et cum eo pugna congrederis: Gaal uero turbatus congressus est cum abimelech: et ceciderunt equidem aliqui de eius armatis. Ipse uero fugit in ciuitatem ut alios euocaret: et denuo zebul egit ut gaal expelleretur ab urbe. accusans eum quasi contra milites abimelech non melior extitisset. Abimelech uero cognoscens egressuros denuo ad uindemiam sichimitas: loca circa urbem insidiis occupauit. Quibus procedentibus tertia quidem pars exercitus apprehendit portas ut ciuibus auferret ingressum: alii uero dispersos interemerunt et ubique cedes effecta est. Et ciuitatem ad fundamentum usque subuertens salque super eius ruinam seminans: uictor abscessit. Omnes itaque sichimite hoc modo perempti sunt. Quicumque uero per prouinciam dispersi sunt pericula fugientes: super quandam petram munitissimam congregati morabantur. Cumque eam murare niterentur: uoluntatem eorum abimelech prenoscens super eos cum exercitu uenit. Collectisque de silua lignis: iussit ut hec etiam exercitus faceret uniuersus. Velociter autem saxo circumdato lignis: subiectus est ignis. Flamma uero surgente nullus ex eo saxo diffugit: sed una cum uxoribus et filiis sunt extincti. uiri quidem circa mille et quingenti: reliqua uero nimia multitudo. Et sichimitas quidem huiusmodi calamitas interemit. Quibus hec afflictio nata est: eo quod sperauerant sibimet utile eius genus. cuius malicia talia pertulerunt. Abimelech autem istitias mala sichimorum proferens. presumebat etiam maiora terrore quam uiolentie sue modum imponere: donec perderet uniuersos. Veniebat ergo atterens: et ciuitatem quandam facto discursu cepit. Cumque in ea esset maxima turris in qua uniuersi confugerant. obsidere hanc uolens dum proxime uenisset ad murum: sumens mulier quedam fragmentum mole. caput eius repente percussit. Qui dum cecidisset saucius. armigerum rogauit ut eum occideret: ne mors eius opus mulieris esse uideretur. Et ille quidem: hoc preceptum fecit. Abimelech autem huiusmodi penam pro fraterna morte. et his que in sichimitas presumpsisse putabatur exsoluit. Hec ergo calamitas secundum diuinationem ioatham uidetur impleta. Exercitus uero qui cum abimelech fuit eo cadente dispersus: discessit ad propria. Israhelitarum uero principatum post eum gamer galadinus ex tribu manasse percepit: uir et in aliis felix. et filios bonos habens triginta numero. et in equitatu preclaros. et principatum ciuitatum galaditarum habentes. Hic duo et uiginti annis optinens principatum. senex defunctus est: et sepulturam in gamon galadinorum ciuitate promeruit. Res quidem hebreorum in honesta uita uita ad iniuriam dei legumque ferebantur: quos am-

manitę despicientes palestinam magno exercitu prouinciam deuastabant. omnemque regionem transiordanem detinentes. reliqua comprimere presumebant. Hebrei uero malis afflicti ad supplicationem dei conuersi sunt et sacrificia celebrabant: rogantes eum ut placatus eorum precibus ab ira quiesceret. Deus uero placatus: eis suum concessit auxilium. Interea ammanitis castra metantibus intra galadinorum prouinciales occurrerunt ammonentes se sine duce. Erat autem quidam nomine iepthas. uirtute patiens. potens ad exercitum dispensandum: quem sub mercede poscebant. Ad hunc ergo mittentes rogabant ut cum eis pugnaret: promittentes ut ei cuncto tempore principatum exercitus sui concederent. Ille uero nequaquam precibus obediuit. culpans eos quod ei non prebuissent auxilium: dum iniusticiam fuisset aperte perpessus a fratribus. Non enim consanguineus eis erat: sed peregrinus utique matre. Hunc ergo fratres expulerunt despicientes eius infirmitatem. et ob hoc in prouincia galaaditica morabatur. et omnes de longe ad se uenientes sub mercede propria retinebat. Illis uero supplicantibus atque iurantibus omnem se principatum eidem fore prebituros: tandem aliquando concessit. et uelociter diligentia rerum habita. in urbe masphat exercitum constituens: legationem misit ad regem ammanitarum causam ei inuasionis accusans. Ille remittens israhelitarum potius accusabat egressum ex egypto: petebatque ut ab amorrea recederent quasi patrum eius a tempore antiquo fuisset. Cui respondens iepthe ait: quod irrationabiliter progenitores israhelitarum de amorrea terra culparet. sed potius eis gratias agere deberet. pro ammanitide terra sibi concessa. quia dum possibile fuisset secundum moseos iussionem ut eam tollerent: isti eos illic degere permisissent: quam post annos trecentos dei auxilio reparauerant. Ob quam rem pugnaturum se fore dixit. Et hec quidem effatus: legatos abire dimisit. Ipse uero pro uictoria dominum deprecatus. et sacrificium promittens. ut si uiuus reuerteretur quicquid ei prius occurreret immolaret: congressus copiose uicit. Et occidens hostes: persecutus est usque ad ammanitarum ciuitates. Et inde digressus in ammanitide: multas uastabat urbes predamque collegit: et a seruitute domesticos liberauit: quam decem et octo sustinuerant annis. Reuersus autem calamitatem incurrit: nullo modo prisce felicitatis equalem. Nam ei filia unigenita tunc primitus cum uenerat occurrit. Qui grauiter ingemiscens magnitudine tanti doloris afflictus. filiam sibi obuiam uenisse culpabat: quam sacrificandam deo deuouerat. Que tamen in nullo casu non doluit: pro patris uictoria et ciuium libertate moritura. Petiit autem duos menses sibi concedi. ut iuuentutem suam cum ciuibus lamentaretur: et tunc uotum perficeret. Quo tempore transeunte. filiam pater immolauit. nec legitimum faciens holocaustum nec deo dignum: non utique deliberans apud animum suum qualis apud ceteros huius facti causa uideretur. Igitur cum tribus effrem super eum exercitum niteretur inducere. eo quod bellum ammanitarum eis non indicaret. sed uoluisset predam habere et gloriam: hoc uero satis faciebat eis dicens. eo quod primo quidem non eos latuisset cognatorum oppressio. sed etiam uocati ad auxilium non uenissent: cum oportuisset eos ante preces occurrere. Deinde dicebat quod hostibus quidem iniuste pugnantibus non presumerent resistere: postea uero cognatis inferre bella temptarent. Et intimatus est. ut si non temperarent a talibus: deo auxiliante penas ab eis exigeret. Quibus dum satisfieri non potuisset. sed contra eum cum exercitu a galatina terra uenientes pugnarent. amplius eorum dilatauit interitum: et persequens fugientes. et preoccupans exercitu premisso uada iordanis. pene quadraginta duo milia uirorum occidit. Ipse uero cum principatum tenuisset sex annis defunctus est: et sepultus est in sebethi patria sua. que est intra galadine. Moriente uero iepthe: tenuit principatum absonas de tribu iuda ciuitatis bethleem. Hic filios habuit sexaginta. triginta masculos et reliquas uirgines: quos omnes dimisit uiuos. filias uiris tradens et filiis dans uxores. Qui dum nichil gessisset in septem annis. sermone et memoria dignum. in senectute defunctus est: et sepulturam in patria sua promeruit. Igitur absona ita moriente: neque his qui post eum decem annis habuit principatum nomine chilon de tribu zabulon: aliquid egit uirtute precipuum. Post hunc abdon chilonis filius de tribu effraim ciuitate pharatinorum. bonorum testimonio fultus principatum habuit. qui pro sola eruditione poterit habere memoriam. Nullumque opus propter pacem rerumque licentiam exercuit. Hic filios habuit quadraginta: et ex eorum semine alios descendentes triginta. Erantque simul omnes septuaginta equis exercitati: quos omnes superstites derelinquens. in senectute defunctus est: et opinabilem in pharatinis promeruit sepulturam. Hoc autem mortuo israhelitas palestini preualuerunt: ita ut ab his per quadraginta annos tributa perpenderent. A qua seruitute. hoc modo liberati sunt. **Fortitudo sanson et quantorum malorum auctor fuit palestinis.**

Quidam manuhe de tribu dan inter paucos egregius et patrie sine dubio princeps. habuit uxorem

primam & pulcherrimam: & que inter ceteras compuinciales
feminas eminebat. Et cum filios non haberet. grauiter
ferens. dominum pro tanta successione rogare cepit: in suburbano
suo in campo maximo frequenter adueniens cum uxore.
Erat autem & nimio uxoris amore: & ob hoc sine tempera-
tione zelus ipsius. Et dum quadam die mulier esset sola
apparuit ei angelus dei. pulchro iuueni similis & procero:
eique masculum filium futurum dei prouidentia nuntiauit.
qui foret optimus et fortitudine precipua clarus: a quo
crescente palestinos comprimendos asserunt. Monuitque ut
eius coma minime tonderetur: nullumque potum nisi aquam deo
precipiente bibituros. Et cum hoc dixisset abscessit. Illa
uero marito ueniente indicauit angeli uisionem: admiran-
do iuuenis pulcritudinem atque proceritatem. ita ut ille zela-
tus in eius laudibus obstupesceret: & suspitionem quasi dex-
teram ei amor conciperet. At illa uolens irrationabilem
eius tristiciam mitigare. rogauit dominum ut angelum denuo desti-
naret: quatinus maritus eum conspiceret. Et iterum pro dei gratia
angelus uenit in suburbano illorum: & apparuit mulieri a
uiro remote. Que rogabat ut sustineret: donec maritum
adduceret. Permittente angelo: manuhe uocatus uenit.
Qui cum uidisset: nec tamen a suspitione cessauit: rogauitque
ut quecumque uxori eius dixerat. illi pariter declararet. Cumque
dixisset angelus sufficere. ut nosset illa que dixerat. roga-
bat eum ut ei manifestaret quis esset: & quatinus filio nato
gratias ei & munus offerrent. Illo autem dicente quod nichil horum
egeret. nec ob hanc causam filium ei nuntiaret futurum:
dum primus non annuisset. post ea eo precibus insistente con-
cessit: ut aliquid ei dono daret. Tunc manuhe occidens he-
dum. eumque coquendum uxori prebens. dum gestum hoc
fuisset: precepit ut poneret super saxum & panes & carnes
absque uasis. Quo facto. uirga quam tenebat angelus tetigit
carnes: & igne prorumpente carnes cum panibus sunt assump-
te. Et angelus super fumum. quasi in curru eis celum ascendere
uidebatur. Cumque manuhe metueret. nequid ei propter
uisionem dei proueniret ad usus: eum uxor ut confideret confor-
tabat. & pro sua utilitate dominum uidisse fatebatur. Cumque con-
cepisset. custodiam habuit mandatorum. Natumque pue-
rum appellauerunt sanson: quod nomen significat robustum.
Crescebatque uelociter: & tam pro continentiam ciborum quam
capillorum remissionem propheta iam futurus cognoscebatur.
Hic itaque ueniens cum parentibus thannam palestinorum
ciuitatem. dum celebraretur ibi festiuitas: uirginem

puncialium concupiuit. Rogauitque parentes: ut ei
puellam peterent in uxorem. Quibus negantibus eo quod esset
de alienigena gente progenita. deumque dicentibus eis nup-
tias hebreis congruas prebiturum: uicit eius petitio ut
ei uirgo desponsaretur. Dumque frequenter ad eius parentes
iret: occurrit leoni. Et cum esset inermis tenens eum ma-
nibus suffocauit: & in silua interiore extra uiam proiecit.
Rursumque dum iret ad puellam: inuenit agmen apum
fauum mellis in leonis illius ore fecisse. Et tollens exinde
tres fauos mellis: cum donis reliquis que portabat puel-
le contradidit. Cumque thannite omnes essent in epulis
nuptiarum. metuentes fortitudinem iuuenis: triginta circa
eum pubertate precelsos constituerunt. sermone quidem
uelut socios futuros. opus uero custodes: ne quod forte
uellet committere. conuiuiorum facietate crescente. Cumque
in lusu consisteret qualis solet tali tempore prouenire: san-
son ait. Proponam uobis parabolam. Et si solueritis septem
diebus propositam questionem: lineas singulas. & totidem
stolas me dante percipietis. & cum hac largitate gloriam quoque
& lucrum sapientie possidebitis. Illisque petentibus ut di-
ceret ait. Qui cuncta deuorat. cibum genuit de semet
ipso suauem: licet nimis ipse sit insuauis. Illis autem
per tres dies questionem non ualentibus inuenire: & dicentibus
puelle. ut a uiro cognoscens eis annuntiaret. cui etiam com-
minati sunt incendium. nisi hoc studeret implere: sanson
quidem rogante puella ut diceret primum quidem restitit.
Cumque illa nimis insisteret. & ad lacrimas peruenisset. &
indicium hoc esse quereretur quod eam sanson minus amaret:
indicauit ei quemadmodum leonem interemisset. & quomodo
apes more eius inueniens. tres fauos mellis portasset ei.
Et ille quidem nichil dolosum metuens omnia declarauit:
illa uero sermonem hunc petentibus rursus exposuit. Sep-
tima uero die cum tempus esset ut propositam soluerent
questionem antequam sol occumberet conuenientes dixerunt.
neque a leone comprehensis. quicquam insuauius esse: neque dulcius
utentibus melle. Quibus sanson respondit. Nec quicquam mu-
liere aliud dolosius: que uobis id exposuit uerbum. Et
illis quidem dedit quecumque promiserat. facta preda scalo-
nitarum: qui ei pariter occurrerant. Nam & isti palestini
sunt. Ille uero nuptias refutauit. Et puella quidem
que eum ad iracundiam prouocauit: duxit eius amicum.
Pro qua iniuria exasperatus sanson: deliberauit ut omnes
cum ea palestinos affligeret. Cumque tempus estatis

& fructuſ meſſium preparatiſ appropinquaret. comprehendenſ ſanſon trecentaſ uulpeſ. & caudiſ earum ligan ſ ardenteſ lampadeſ dimiſit in meſſem paleſtinorum. & hoc modo eorum depopulatuſ eſt fructuſ. Paleſtini uero ſcienteſ opuſ eſſe ſanſon & cauſam per qua talia perpetraſ ſet. miſerunt principeſ in thamnam uxoremque eiuſ cum parentibuſ ſuiſ interemerunt: tanquam qui mali huiuſ auctoreſ extiterint. Sanſon autem cum multoſ in paleſtinorum campeſtribuſ occidiſſet: habitabat in ethan receſſum ualde munitum. in tribu dan. Paleſtini ſiquidem contra tribum iuda caſtra metati ſunt. Illiſ uero dicentibuſ non ſibi inferre iuſte ſupplicium propter delicta ſoluſ ſanſon. cum utique ipſi tributa perſoluerent: dixerunt ut ſi nollent hoc pati ſanſon contraderent alligatum. Qui uolenteſ euadere uenerunt ad receſſum ubi ſanſon habitabat. cum tribuſ milibuſ armatorum. Et culpanteſ eum pluſ quam contra paleſtinoſ geſſiſſet. qui poſſent omni generi hebreorum calamitateſ inferre. rogabant ut deſcenderet quatinuſ eum conditioni illorum contraderent. Poſcebantque ut hoc ſponte perferret. Qui cum iuſiurandum accepiſſet. eo quod nichil ei pluſ fieret quam hoſtibuſ traderetur: deſcendenſ de receſſu. ſemetipſum contribulorum ſuorum poteſtati contradidit: ibique eum duobuſ funibuſ alligranteſ: ducebant ut traderent paleſtiniſ. Et cum in quendam locum ueniſſet. alligatuſ duobuſ funibuſ ſanſon qui nunc maxilla nuncupatur pro fortitudine que in ſanſon uidebatur effecta. cum hoc nomen primituſ non habet: non procul paleſtini caſtra metati ſunt. Et occurrentibuſ eum gaudio & clamore. tanquam ea que cupiebant deſiderabiliter adimpleſſent: diſrumpenſ uincula ſanſon & arripienſ aſini maxillam que in preſenti iacebat. in hoſteſ inuectuſ eſt. Et percutienſ eoſ cum maxilla quaſi mille quidem peremit: alioſ uero turbatoſ in fugam uertit. Sanſon igitur pluſquam oportebat exultanſ. non dei cooperatione credebat hoc factum. ſed ſuiſ uirtutibuſ aſcribebat: eo quod per maxillam alii quidem hoſtium ceciderint. alii uero in fugam ſunt uerſi. Que dum ſitiſ fortiſſima tenuiſſet: conſideranſ quia nichil eſt uirtuſ humana dei cuncta eſſe teſtatuſ. rogabat ne propter hec iraſcenſ eum traderet inimiciſ: ſed ut potiuſ auxilium illi in neceſſitate conferret. & a maliſ eriperet. Cuiuſ precibuſ miſertuſ deuſ: fontem circa quandam petram. de aſini maxilla ſuauem copioſumque produxit. Inde ſanſon illum locum uocauit maxillam: & hactenuſ hoc nomine nuncupatur. Poſt hanc cauſam ſanſon deſpicienſ paleſtinoſ. uenit in gazam: & in quodam diuerſorio morabatur. Agnoſcenteſ uero gaze principeſ eiuſ preſentiam. fecerunt inſidiaſ ante portam: ut egredienſ non lateret. Sanſon uero dum hoc cognouiſſet: circa mediam ſurgenſ noctem erupit portaſ. ipſaſque ſimul clauſuraſ. & uecteſ. & alia earum ligna ſuper humerum tollenſ. & ſuper montem hebron deferenſ collocauit. Hiſ ita geſtiſ: tranſcendebat iam legeſ patriaſ. & dicta propria relinquebat moreſ imitando peregrinorum. Concupiſcenſ enim mulierem meretricem nomine dalilam apud paleſtinoſ habitantem. cum ea degebat. Unde tunc iudiceſ paleſtinorum uenienteſ ad eam promiſſionibuſ aſtrinxerunt: ut a ſanſon diſceret. que cauſa fortitudiniſ eſſet eiuſ per quam uinciri non poſſet. Illa uero cum circa potum & huiuſmodi conſuetudinem eſſet conſtituta. dum miraretur eiuſ actuſ. artibuſ agebat ut agnoſceret quemadmodum tanta uirtute precelleret. Sanſon autem dum adhuc ſapientia fortiſ eſſet: fallebat eam dicenſ. Si ſeptem uinearum palmitibuſ qui adhuc flecti poſſunt uinctuſ fuero: cunctiſ infirmior ero. Illa uero tunc quidem tacuit. Poſtea uero indicanſ principibuſ paleſtiniſ. celabat aliquoſ militum intra domum. & dormientem ebrium artiſſime palmitibuſ alligauit. Deinde excitanſ eum. dixit inſiſtere aliquoſ ſuper eum. Ille ruptiſ palmitibuſ: tanquam contra inimicoſ nitebatur inſurgere. Tunc mulier eo ſibi loquente grauiter ſe ferre dicebat: ſi propter incredulitatem fauoriſ ſui. & tanquam non celaturę quod ei prodeſſet: nollet edicere ueritatem. Cumque rogantem rurſuſ falleret: ſeptem ſeſe funibuſ alligatum dixit perdere fortitudinem. Dum & hoc quoque facienſ nichil egiſſet: tertio alligari comaſ ſuaſ dixit. Cum uero neque hoc facto uerax inueniretur nimium ſupplicanti. ad ultimum cum iam ei calamitaſ immineret: uolenſ preſtare dalile gratiam ait. Mei curam deuſ habet: & eiuſ prudentia natuſ hanc nutrio comam. iubente deo ne tondear. Mea ſiquidem fortitudo: huiuſ augmentum eſt. Hoc illa cognoſcenſ. abraſiſ eiuſ crinibuſ eum tradidit paleſtiniſ: cum iam non ualeret ab eorum ſe inuaſione defendere. Qui auferenteſ eiuſ oculoſ: ligatum circumduci ubique fecerunt. Procedente uero tempore & coma ſanſon creſcente. dum eſſet feſtiuitaſ publica paleſtiniſ. & principeſ atque nobileſ epularentur ſimul in fano quod columne portabant. adductuſ eſt ibi ſanſon ad conui

uiuum: ut ei omnes illuderent. Ille hoc crudelius arbitratus eo quod ab iniuriis defendere se nequiret. puero ducenti se persuasit. ut diceret eo quod post laborem requiescere postularet: eumque ad columpnas reclinaret. Ubi dum aduenisset: commouit eas. simulque cuncta destruxit. Subuersisque cum fano columpnis: tria milia hominum sunt extincta. Inter quos et sanson una defunctus est: cum tenuisset principatum israhelitarum annis uiginti. Dignum est quidem laudare uirtutem et fortitudinem et magnanimitatem huius uiri etiam circa mortem: et iram quam usque ad finem sui contra hostes exercuit. Nam quod a muliere captus est. humane nature oportet ascribere: que est ad uitia facilis. Virtutis uero eius coronam: memorabilia necesse est habere preconia. Cuius cognati sumentes corpus. in sarasa regione sepelierunt cum cognatis eius.

Quoniam filii heli in pugna contra palestinos occisi sunt.

Post mortem uero sanson: prefuit israhelitis sacerdos heli. Sub hoc prouinciam eorum apprehendente fame. helimelech quidam de ciuitate bethleem tribus iude famem ferre non ualens: uxorem suam noemi et filios ex ea natos celion et malion sumens: migrauit in terram moabitarum. Dumque ei bene cuncta procederent. filiis suis moabitidas duxit uxores. Celion quidem orfan: malion autem ruth. Transactis autem annis decem et octo: et elimelech et eius filii in breui defuncti sunt. Noemi autem amare ferens quod ei prouenerat. et desolationem carorum non sustinens filiorum. propter quos et de patria sua uidebatur egressa: rursus reuertebatur ad eam. Audierat enim quod iam prospera de ipsa regione nuntiarentur. Cuius nurus ab ea disiungi non tolerabant: sed nec ipsa refutando eas secum proficisci poterat euitare. Et cum insisterent. optans feliciores eis nuptias. quam quibus iam fuerant priuate. et filios et alia dona conferri: eas illic remanere poscebat. nec cum illa debere proficisci in rebus incertis: et terram propriam deserere. Et orfa quidem mansit. ruth autem cum ei a se recedere persuadere non potuisset: sociam sibi duxit in omne quicquid emergeret. Venientes siquidem ruth cum socru in bethleem: booz elimelech cognatus suscepit eas. Et cum noemi nomine suo uocarent: ait illa. Iustius mara me uocate. Significat autem lingua hebraica noemi quidem felicitatem: mara uero dolorem. Ruth itaque tempore messis egressa est permittente socru spicas colligere. ut alimentum haberent: uenitque in agrum booz. Veniens autem post paululum booz uidensque puellam: propter eam agri prepositum requirebat. Ille uero dum iam ab ea primitus cognouisset: domino declarauit. Qui de fauore socrus. atque de memoria mariti sibi met copulati gratias agens. et ei experimenta bonarum rerum exoptans. spicas quidem eam colligere noluit. sed metere quicquid posset. et sibi portare permisit: precipiens uillico ut nichil eam tollere prohiberet. Prandiumque ei et potum prebuit: dum messores hora competente comederent. Ruth autem tollens ab eo alfeta socrui conseruauit: et uespere cum spicis ad eam uenit. Seruauerat autem ei noemi partes ciborum quos ei uicini prebuerant. Narrauitque et ruth ea que illi dixerat booz. Cumque illa indicasset quod cognatus esset. et propter pietatem ei suam prouidentiam exhiberet: rursus sequentibus diebus egressa est. ad colligendas spicas cum ancillis booz. Veniens autem non post multos dies booz cum iam esset messis ordearia maturata. ad aream propriam dormiebat. Hoc cum audisset noemi: cogitabat quemadmodum ruth cum eo collocare posset: iudicabat enim utile si booz ruth haberet uxorem: ait puelle ut circa pedes eius dormiret. Illa uero dum nefas esse iudicaret. ut socrus sue iussioni resisteret: festinans ad aream. tunc quidem latuit booz profundissime dormientem. Excitatus uero circa mediam noctem: requirebat que esset. Illa uero suum nomen dicente et petente ut tamquam dominus cubare permitteret: tunc equidem quieuit. Diluculo uero antequam ad opus famuli mouerentur excitans eam. iussit ut tollens hordei quantum posset properaret ad socrum. antequam ibi dormisse uideretur ab aliquibus: dicens castitatem in talibus derogationibus esse seruandam. et maxime quando nichil perpetratur aduersi. De reliquis uero sic ait. Est quidem proximior genere: qui te ducere possit uxorem. Et si uoluerit: necessarie requires illum. Quo repudiante coniugem: te ego secundum leges habebo. Hec illa socrui referente securitas tenuit eas: spem habentes quia pro eis booz de cetero cogitaret. Ille uero iam media die ueniens ciuitatem. et seniores colligens. mittens etiam uocauit ruth: atque cognatum. Quo ueniente: elimelech inquit et filiorum eius hereditatem tenes. Illo confitente hanc sibi proximitatis lege competere: booz ait. Ergo non ex media parte oportet legum habere memoriam: sed ut secundum eas uniuersa facias. Malon enim uxor huc uenit. et sui partem agri op

tinere oportet: & uxorem eius secundum leges accipere. At ille booz & hereditatem & uxorem cessit cum cognatus esset: & ipsi defuncta & uxorem habere dixit & filios. Booz itaque testificantes seniores: iussit mulieri ut ei calciamentum solueret secundum legem & in faciem eius expueret. Quo facto. booz ruth duxit uxorem: eisque post annum masculus est filius procreatus. Quem noemi sumens. consilio mulierum uocauit obed: eo quod in eius senectute nutriretur. Obed enim hebrea lingua: significat seruiens. Porro obed habuit filium iesse: ex quo dauid qui regnauit. & principatum suis filiis per uiginti & unam generationes uirorum longo tempore dereliquit. Hec quidem necessarie que de ruth gesta sunt explanaui: ostendere uolens dei potentiam. quod ei possibile est ad dignitatis maximum culmen euehere quoscumque uoluerit. ad quale perduxit etiam dauid huiusmodi ortum inueniens. Hebrei siquidem iebuseorum afflictione pregrauati: bellum rursum ob huiusmodi causas habuerunt cum palestinis. Heli enim sacerdoti erant filii duo ofni & finees. circa homines iniuriosi. & circa diuinitatem impii: nullique iniquitati parcebant. Et alia quidem munera ab oblaturis sibimet sequestrabant: alia uero rapine. modo tollebant. Et mulieribus religionis causa uenientibus. contumelias inferebant. aliis quidem uiolentias facientes aliis uero persuadentes donis. nichilque eorum uita a tyrannide pessima differebat. Quorum pater grauiter hec ferebat: populus autem quanto sperabat uenturum dei super eos forte supplicium. tanto uehementius ingemiscebat. Cumque futuram cladem filiorum eius deus exposuisset. & hely & samuhel qui illo tempore puer erat: tunc palam super filios habuit luctum. Volo siquidem primitus de propheta loqui. & postea de heli enarrare: nec non & infelicitatis casum. quem habuit populus hebreorum.

Helchana uir leuita. inter medios ciues sortis effrem existens. & ramath inhabitauit ciuitatem. & duas duxit uxores. annam & phenennam ex qua etiam ei filii sunt progeniti. Qui tamen aliam cum esset sine filiis: diligebat. Veniente uero cum suis coniugibus helchana in ciuitatem sylon ubi erat tabernaculum dei constitutum sicut predximus: dum earum uir per pulas. uxoribus & filiis distribueret partes: anna respiciens alterius mulieris filios circa matrem suam: descendit ad lacrimas. & eo quod non haberet filios ea solitudine ingemiscebat. Dumque consolatione uiri contristari prohiberetur: uenit ad tabernaculum rogans dominum. ut ei sobolem concederet. filiique faceret esse matrem. uotum uouens ut primogenitum suum ministraturum deo dicaret. nec eum similem ceteris putaris hominibus uictum habere permitteret. Et dum in orationibus multo tempore moraretur. hely sacerdos sedens ante tabernaculum uelut ebriam abire precepit. At illa dum nusquam se bibere fateretur. nec ebriam esse sed propter sterilitatem filiorum afflicta rogasset dominum: fiduciam exhortabatur eam habere. dominum filios donaturum esse permittens. Cum bona siquidem spe ueniens ad maritum cibum leta percepit. Et reuertentibus illis in patriam concepit & peperit filium: quem appellauerunt nomine samuhel quasi a domino postulasset eum. Quibus uenientibus ut pro natiuitate filii hostias immolarent. & decimas offerrent. recordata mulier orationis sue. & promissionis quam de filio uouerat deo. tradidit eum heli dicatum deo prophetam. Crescebatque ei coma: & potus eius erat aqua. Et samuhel quidem nutriebatur in templo commorabatur. Helchane autem ex anna alii filii tresque filie progenite sunt. Porro samuhel iam anno pleno duodecimo prophetauit: quem quadam tempore dormientem nominatim uocauit deus. Ille uero putans se a sacerdote uocatum: uenit ad eum. Sacerdote uero dicente eum se non uocasse: tertio deus hoc fecit. Quod dum heli cognouisset: dixit ad eum. Primo siquidem samuhel filii. non autem dico uel dominum esse qui uocat: & nota que dicat. Cumque deus iterum locutus fuisset: audiens petiit ut que uellet preciperet. in nullo eius ministerium delaturus. Cui deus quoniam inquit adest: cognosce cladem futuram israelitis omni narratione & crudelitate maiorem: & hely filios una die morituros. & sacerdotium ad domum eleazari esse migrandum. Ely namque plus suos filios contra eorum utilitatem elegit diligere: quam deo placere. Cumque iure iurando cogente hely prophetam samuhelem. ut & hec ei indicaret: nolebat eum contristare samuhel tali sermone. Tamen eo dicente: certiorem magis habuit expectationem de eorum perditione. Samuhel autem gloria magis ac magis augebatur: dum utique quecumque prophetabat. probarentur esse ueracia. Eo siquidem tempore palestini castra mouerunt super israelitas circa ciuitatem ampheole uictis. Hoc israelitis non ferentibus ad potiora uenerunt. Vicerunt enim palestini: & occiderunt hebreorum usque ad quattuor milia. Reliquam uero multitudinem usque ad castra propria persecuti sunt. De summa uero perditione formidantes hebrei. miserunt ad seniores & pontifices ut archam dei deferrent qua presente congressi hostibus preualerent: ignorantes quoniam maior esset quam archa. qui eis calamitatem inferre decreuerat. Aderat itaque archa pariter & pontificis filii. quibus preceperat pater ut si capta archa uiuere uoluissent: ad eum facie non uenirent. Finees enim iam sacerdotio fungebatur officio: patre hoc propter senectutem sibimet percipiente. Quo facto. securitas data est multa nimis hebreis. tanquam pro ad

uentum arche possent hostibus preualere. Inimici uero stupescebant istitas: metuentes arche presentiam. Sed utique partim non sicut putabant accessit. Facta namque congressione: uictoria quam hebrei sperabant. palestinis allegata est. Et perditionem quam illi metuebant suscipientes hebrei: cognouerunt in archa frustra se habere fiduciam. Repente namque in manibus hostium deuenerunt: et amiserunt usque ad triginta milia uirorum. Inter quos ceciderunt quoque filii sacerdotis: et archa ab hoste est ablata.

Nuntiata itaque perditione in sylon. et arche captiuitate. per quendam iuuenculum beniamiten qui inter fuerat bello: cuncta ciuitas luctu repleta est. Porro hely sacerdos sedebat ad portas: in altiori sede. Et audiens ciuitatis planctum. atque putans aliquid noui circa suos effectum. euocato iuuene dum cognouisset ea que in bello fuerant gesta. de filiis et aliis que de exercitu dicebantur leuiter habuit. tanquam predictum prescius futurorum: quando ualde ea mala confundunt. que preter spem repente peruenerunt. Cum uero archam audisset ab hostibus captam. dolore turbatus eo quod ei preter spem tantum onus accesserat: ruens de sede defunctus est. dum octo et nonaginta uixisset annos. quorum quadraginta tenuerat principatum. Ea siquidem die defuncta est et coniux finees eius filii. dum pro occasu mariti nequaquam uiuere tolerasset. Cui pregnanti quidem: nuntiatus est luctus uiri. Peperit autem filium septem mensium. quem ob hoc appellauerunt ichaboth. quod nomen significat ingloriam: eo quod illo tempore exercitui huiusmodi deformitas accessisset. Habuit autem principatum primus hely ex domo ithamar: qui fuit unus filiorum aaron. Nam primitus de domo eleazari sacerdotes erant. Ex quo honorem filius a patre percipiebat: et hely finees filio suo tradidit. Post quem abiezer eius filius hunc honorem accepit: quem buzi suo filio dereliquit. Cui rursum ozi filius successit suus. et post hunc hely tenuit sacerdotium de quo nunc sermo nobis est habitus. Cuius genus usque ad tempora imperii salomonis hoc habuit. Tunc enim sacerdotium ex domo eleazari: pariter receperunt. Explicit liber .v. Incipiunt capitula libri .vi.

Interitus palestinorum et terre eorum per iram dei propter archam que ab eis fuerat capta. et quemadmodum eam remiserunt ad hebreos. i. Quemadmodum palestinorum exercitus super eos uenerit et de uictoria hebreorum. quam ducatu prophete samuhelis adepti sunt. ii. Quod samuhel cum propter senectutem esset infirmus. suis filiis res dispensandas iniunxit. iii. Quod dum illi principatum bene non regerent: populus per iram petiuit regem. iiii. Indignatio samuhel propter hec: et saul regis ordinatio deo iubente facta. v. Prelium saul super ammanitarum gentem. et uictoria hostiumque uastatio. vi. Quemadmodum denuo pugnauerunt palestini aduersus hebreos. adhuc regnante saul.
vii Monomachia dauid cum golia qui palestinorum erat eximius eiusque peremptio. et defectio palestinorum. viii. Quemadmodum miratus saul fortitudinem dauid. ei filiam suam copulauit.
ix Quod post hec suspectum dauid sibi rex saul perimere festinauit.
x Quod sepius dauid per saul periculum mortis saluus effugit. et secundo eum sub se uenientem habens potestatem noluit interficere.
xi Quemadmodum pugnantes denuo palestini deuicti sunt ab hebreis. bellum et uictoria saul cum amalechitis. xii. Quod castra metantibus palestinis. iterum hebrei bello deuicti sunt. et rex eorum saul pugnando mortuus est: una cum filiis.
xiii Quod preuaricante saul mandata prophete samuhel. alius rex dauid deo iubente latenter est factus. Continet hic liber tempora annorum triginta duorum. Incipit liber sextus.

Tenentes igitur palestini captiuam suorum hostium archam sicut dudum prediximus. in ciuitatem azoti portauerunt eam: et apud deum suum qui uocatur dagon. quasi trophe um aliquod posuerunt. Sequenti uero die. diluculo ingressi in templum ut eum sollempniter adorarent: inuenerunt deum suum circa archam hoc facientem. Iacebat enim euulsus de uase suo: in quo statutus esse uidebatur. Quem denuo eleuantes statuerunt: grauiter de eius casu dolentes. Cumque frequenter dagon inuenirent iacentem. et archam similiter adorantem. in angustia et confusione grauissima constituti sunt. Nouissime uero: azotorum ciuitatem atque prouinciam diuinitus inuasit pestis. Moriebantur enim crudeli passione desinterie: et antequam uelox eis interitus proueniret: antequam anima bona morte resolueretur a corpore: intestina eorum corrupta corporis putredine ferebantur. Prouinciam eorum multitudo morborum deuastabat ita ut neque arboribus. neque fructibus abstineret. Dumque in his malis azocii tenerentur. et resistere calamitati non possent. intellexerunt hanc sibi cladem propter archam domini prouenisse: uictoriamque non sibi pro bono fuisse. Miserunt ergo ad ascalonitas: petentes ut archam ipsi susciperent. Quibus azotorum supplicatione erat iam grata: sed eis quodammodo gratias retulerunt. Archam uero percipientes: in malis similibus constituti sunt. Secundum namque passiones azotorum: passiones ascalonitis archa deuexit. Quam denuo ascalonite ad alios miserunt. sed neque ad alios mansit. Nam cum et ipsi isdem passionibus turbarentur: eam uicinis tradiderunt. Itaque in archa ciuitates palestinorum quinque transiuit: quasi per dampna quedam exigens passionibus singulas ciuitates. Desperati

uero malis hi qui iam uidebantur experti dum audientibus hec nota
fierent. nec archam ulterius suscipere uellent. huiusmodi haben
tes mercedem: ad ultimum cogitabant quemadmodum ea carere
possent. Conuenientesque quinque urbium principes getho. et
acharon. et ascalon. necnon et gaza. et azon: tractabant quid
fieri conueniret. Et primum quidem placuit. ut archa remitte
retur ad suos. cum deus eam proprius uindicaret: et ob hoc pestes
illis inferret. urbesque uastaret. Erant autem qui dicerent hoc
equidem fieri non debere. nec falli ut arche passionum causas
ascriberent. cum ei fortitudo aut potestas huiusmodi non esset:
quando si habuisset deus curam eius. nequaquam tradita fuisset homi
nibus. Sed quiescendum et causam harum passionum dicebant
leuiter tolerandam: quod utique non deberent non solummodo
reputari nature. que corporibus et terre. et arboribus et omnibus
que ex ea consistunt. per temporum cursus huiusmodi mutationes
ingenerat. Predictas itaque sententias consilium uirorum qui priscis
temporibus intellectu precedebant atque prudentia superauit: et
maxime quando in rebus presentibus suadere congrua uidebantur.
Et neque remittendam archam neque retinendam esse dicebant:
sed quinque simulacra aurea pro una quaque ciuitate precando
deum pro gratiarum actione. quoniam earum saluti prouiderit. eosque uiue
re fecerit. et a passionibus quibus preualere non poterant liberauerit:
totidemque anulos aureos. et mures qui eorum regionem depasti fu
erant atque hec in loculo esse mittenda: et super archam ponen
da. Faciendumque uehiculum nouum. et boues que nuper genue
rant esse iungendas. quarum partus claudendos ac retinendos.
ne sequentes matribus impedirent: sed ut eorum desiderio celerrimum
potius iter facerent. Tunc illas depulsas: portantesque archam
in triuio deserendas: eisque quodammodo committendum quam uellent
agere uiam. et siquidem ad hebreos irent et eorum regionem
ascenderent: archam arbitrandum causam fuisse passionum.
Si uero alibi fortuitu properarent. reuocandam eam esse dicebant:
cognoscentes quod archa nullam uidetur habere uirtutem. Hec
itaque recte se habere iudicantes. repente fieri decreuerunt.
Agentes autem ea que sunt predicta. uehiculum cum bobus de
duxerunt in triuium: eumque relinquentes ibidem secesserunt.
Bobus autem recta uia uelut quodam duce eas precedente pergentibus.
palestinorum principes sequebantur: quo starent aut quo uenirent
uolentes agnoscere. Est autem quidam uicus in tribu iuda. no
mine bethsomis: in quo uenerunt boues. Cumque in campum
maximum deuenissent: ulterius accedere cessauerunt. statuentes
illic uehiculum: gratum miraculum habitatoribus uici illius prebuerunt.
Estatis namque tempore dum omnis in agris percolligendis fructibus essent:
cum uidissent archam. delectationes passi. et opus manuum
relinquentes. repente cucurrerunt ad eam. Et deponentes
archam et uas in quo erant recondita simulachra simul et
mures: posuerunt super quandam petram que erat in campo. Et mox
immolantes deo. et uehiculum simul et boues offerentes: pariter
epulati sunt. Hec uidentes palestinorum iudices: ad propria sunt reuersi.
Ira uero atque indignatio dei septuaginta bethsamitas. eo quod
non fuissent digni archam dei contingere. quia nec sacerdotes
erant qui ad eam accesserant interemit. Quos talia patientes.
fleuerunt sui prouinciales: et luctum in eis leuauerunt qualem potu
issent habere pro malo diuinitus misso. suumque mortuum unusquisque luge
bat. Et indignos se iudicantes. ut apud eos archa consisteret:
mittentes ad omnes hebreos indicauerunt a palestinis archam fuisse
reuocatam. Qui cognoscentes hoc: reportauerunt eam in chariathia
rim proximam ciuitatem bethsamitarum: ubi in domo cuiusdam leuite
aminadab nomine qui uidebatur esse iustus. et uita religiosus.
archam introduxerunt uelut in locum deo dignum: in quo habita
ret uir iustus. Ministrabant enim arche eius filii: et huic cu
re annis uiginti prefuerunt. Tantis enim temporibus fuit in
chariathiarim: dum apud palestinos mensibus quatuor habitasset.
Cumque omnis populus illo tempore quo ciuitas chariathiarim habu
erat archam in orationibus et sacrificiis deditus esse uidetur. et ma
ximum circa eam religionis exhibet officium. samuhel propheta
uidens fiduciam eorum. quasi oportunum esset ut talibus loqueretur
de libertate bonum eis fecit alloquium: secundum quod credebat eorum mentibus
esse gratum. et ait. O uiri quibus adhuc hostes sunt grauissimi pa
lestini. et deus iam incipit esse propicius et amicus. non solum concupis
cenda libertas est: sed etiam faciendum. per quod uobis eius bona proueni
ent. Non enim optare debetis a dominis liberari: et agere per quibus
potius seruiatis. sed estote iusti. et maliciam depellentes ab ani
mabus uestris. easque purgantes totis mentibus inuitate deum: eumque
bonis actibus honorate. Hec enim uobis facientibus bona proueni
ent. seruitusque fugabitur: et de hostibus repente triumphus
afferetur. Que promereri non armis poterunt: non robore corporum.
non multitudine populorum. Non enim malis. deus se promittit talia pre
biturum: sed bonis existentibus atque iustis. Ego autem uobis dig
na gerentibus. huiusmodi promissum astipulatum assero. Cumque
dixisset uniuersus populus ei fauit. et eius exhortatione gauisus
est: simul et annuerunt omnes obedire se deo. Quo facto con
gregauit eos samuhel in quandam ciuitatem. que uocatur masphat:
quod nomen deorsum inspicere hebraica lingua significat. Hinc
haurientes aquam immolauerunt deo: et tota die ieiunantes in ora
tionibus conuersati sunt. Qui tamen ibidem congregati: palestinos mi

nime latuerunt. Nam cognoscentes conventum eorum magno exercitu atque virtute, ut non suspicantibus bellum et imparatis inferrent aggressi sunt. Illos autem hoc valde deterruit et ad tumultum formidinemque perduxit. Et recurrentes ad samuhel animas suas corruisse et mortem proximam iam perditionem dicebant, et propterea quiescendum nec virtutem hostium commovendam, quando nobis te duce ad orationes et sacrificia venientibus super nudos et inermes castra metati sunt inimici. Spes ergo nulla nobis alia salutis est nisi prece exoratus deus evadere nobis concesserit palestinos. At ille et fiduciam habendam dixit et deum allaturum eis adiutorium promisit. Et sumens lactentem agnum sacrificavit pro populo rogavitque deum ut eos contra palestinorum bellum tueretur, nec eos periturus despici, qui secundo iam videbantur afflicti. Exaudivit itaque deus orationes, hostiasque placita mente et auxiliatrici suscipiens annuit eis victoriam et potentiam conferendam. Dumque adhuc esset super altare dei sacrificium positum, et nondum sacra fuisset flamma consumptum, processit e castris hostium multitudo et acie constitit ad pugnandum, tamquam spe multa victorie, dum utique iudei in angustia viderentur inclusi, quando nec arma haberent nec ad pugnandum ibidem concurrissent. Inciderant enim inopinate in rebus talibus, que etiam si predicte fuissent non facile crederentur. Palestinis ergo deus primitus terram movit, eamque tremere fecit et eis dubiam demonstravit, ita ut eius basis subtrahi videretur et scissa indivisis apertionibus solveretur. Deinde tonitruis increpantibus et igneis choruscationibus longe micantibus velut incendens eorum vultus nimis eos affecit et ex eorum manibus arma diripiens nudos in fugam vertit. Quo facto samuhel eos cum multitudine persecutus est et plurimos interfecit. Persecutusque usque ad locum quendam qui vocatur correon ibi lapidem fixit velut terminum victorie et hostium fuge. Eumque lapidem fortitudinem appellavit, ut signum esset divini solatii contra hostes adhibiti. Inimici vero post illam plagam nequaquam super israhelitas egressi sunt, sed timore et memoria rerum que super eos accesserant quiescebant. Fiducia siquidem que dudum fuerat palestinis adversus hebreos post hanc victoriam facta est hebreorum. Porro samuhel super eos castra ducens peremit multos, eorumque superbiam ad nichilum deduxit, et abstulit regionem illam quam primitus victis iudeis rapuerant. Igitur illo tempore inter israhelitas et reliquos chananeos propheta verus samuhel, deposito populo eisque reddita civitate in eam eos convenire precepit, ut de diversis actibus ad invicem disceptarent. Ipse vero secundo in annum circuiens civitates iudicabat, et multo tempore sub equitate omnia explevit. Deinde senectute gravatus et agere sollempnia prepeditus, filiis suis populi tribuit principatum. Quorum senior quidem dicebatur iobeh, iunior autem abiam. Preposuit autem alium quidem in bethleem civitate, ut illic sederet et iudicaret, alium vero in bethsabee, dividens populum. Qui eorum iudiciis optime parentes existerent. Sed ut boni quidem et moderati ex malis, ita et pravi sepe producuntur ex bonis. Nam a patris sui studiis recedentes et viam contrariam ambulantes, muneribus turpibusque lucris iusticiam comprimebant, et iudicia non vera, sed secundum pretia proferebant. Et ad epulas preciosaque convivia declinantes, primo quidem que erant inimica deo gerebant, secundo etiam patri videbantur adversi, qui multo studio ac prudentia gesserat ut etiam plebs sciret servare iusticiam. Populus itaque dum contumeliam priori conversationi filii prophete facerent, graviter hoc ferens ad patrem denuo remeavit, qui in ramatha civitate commorabatur, eique iniusticias filiorum omnes exposuit. Et quod cum senex esset et tempore iam defectus rebus preesse non poterat, supplicabant ei atque rogabant ut aliquem eorum regem eligeret, qui et principatum gentis haberet et palestinos affligeret qui eis erant prioris iniusticie debitores. Hec ergo verba graviter concusserunt samuhel propter insertam eis iusticiam circa odium regis. Optimam enim illius temporis conversationis electionem diligebat valde. Que dum esset sancta, beatos etiam cives utentes se faciebat. Nimiaque cogitatione his dictis afflictus neque cibi memoriam habuit neque somni, sed facta nocte rerum cogitationes evolvens sine sopore permansit. Cumque talia cogitaret apparuit ei divinitas, eumque solata est dicens: ne propter petitione populi debet affligi, quasi in illum superbi existerent, et non magis in se, ne solus super eos regnaret. Et hec opera ei ex quo egressi sunt ab egypto molitos. Non tamen post multum tempus eos esse gravissimam penitentiam habituros, per quam nichil equidem quod gestum fuerit in effectum erit. Arguentur autem ut contemptores et consilia non pacifica circa me et circa tuam prophetiam habuisse. Precipio autem tibi ut eis ordines quemcumque ego monstravero regem, predicens tamen eis qualis erit, et que sub rege mala passuri sint, et protestans qualem mutationem habere festinant. Hec samuhel cum

audiſſet: mox die facta conuocatiſ iudeiſ. ait daturum ſe eiſ regem. ſed primitus debet quidem narrare eiſ que illiſ eſſent futura per reges: et quibus forent afflictionibus atterendi. Scitote inquit quod primum filioſ ueſtroſ auferent. et alioſ quidem curruum agitatoreſ eſſe iubebunt: alioſ uero equiteſ et armigeroſ. et precurſoreſ: alioſ millenarioſ. et centenarioſ. Facientque alioſ armorum artificeſ et opificeſ curruum et inſtrumentorum fabroſ: et agrorum ſuorum cultoreſ. uinearumque foſſoreſ. Et nichil erit in quo non obediant hiſ que iubentur: ſeruienteſ ad ſimilitudinem eorum qui precio comparantur. Sed et filiaſ inquit ueſtraſ unguentariaſ habebunt. et coqueſtriaſ. et molariaſ: efficientque omne opuſ ſub neceſſitate quod famule. plagaſ metuenteſ et uerbera. Sed et ueſtraſ poſſeſſioneſ auferent. et eaſ eunuchiſ ſuiſ et armigeriſ condonabunt: et iumentorum gregeſ eiſ diſtribuent. Et ut breuiter ſit dicendum: ſeruietiſ cum omnibus ueſtriſ regi. ſimileſ ſeruorum eiuſ effecti. Horumque ſermonum memoriam tunc habebitiſ. quando hec paſſi fueritiſ. et penitentia ducti rogaueritiſ dominum ut ueſtri miſereatur: et donet a regali onere uelociſſimam libertatem. Qui ueſtraſ non ſuſcipiet preceſ: ſed eaſ reſpuenſ uoſ ſinet ut malorum conſiliorum tormenta ſuſtineatiſ. Erat autem populuſ in hac prouidentia futurarum rerum ualde fatuuſ. et difficiliſ: ut conſilium quod ſemel in mente collocarat. expelleret. Nam neque audienteſ talia ſunt conuerſi. neque eiſdem ſermonibus eoſ propheta perterruit: ſed magiſ uehementer inſtabant. et regem ſibi ordinari poſtulabant. Nec cogitandum de uenturo eſſe cenſebant. ſed fore neceſſarium ſecum pro afflictione inimicorum habere pugnaturum regem: quando nulla uicinarum prouinciarum. in tali conuerſatione et ſine rege conſiſteret. Videnſ autem eoſ ſamuhel nec in hiſ que fuerant predicta conuerſoſ. ſed potiuſ imminenteſ: ait. Nunc quidem ad propria ſinguli quique recedite: oportune uero uoſ euocabo. dum quem uobiſ daturuſ ſit regem a deo cognouero. Erat igitur quidam de tribu beniamin: uir nobiliſ. moribuſque laudabiliſ. nomine ciſ. Huiuſ erat filiuſ iam iuuenculuſ. formaque pulcherrimuſ. et corpore ualde proceruſ. quique multoſ mente ac prudentia precedebat: uocabaturque ſaul. Hic uero ciſ dum aſine precipue de grege eiuſ erraſſent. in quibus nimiſ et ſicut in nullo alio iumento delectabatur: filium ſuum ad requirendaſ eaſ cum uno famulo deſtinauit. Qui dum tribum patriam requirendo aſinaſ circuiſſet: uenit ad aliaſ. Et dum neque in eiſ inueniſſet diſcedere cogitabat: ne patri de ſe moleſtiam

cogitationiſ inferret. Dumque in ramathi ciuitatem ueniſſent. et puer qui cum eo erat dixiſſet ei eſſe in ea prophetam uerum. dediſſetque conſilium ut ad eum irent. et per eum de aſiniſ quaſ querebant agnoſcerent: reſpondit nichil habere pro muneribus quod eunteſ deberent offerre prophete. quoniam tue pecunia iam fuiſſet expenſa. Tunc famuluſ dixit eſſe ſibi quartam partem ſicli: et hoc ei datum poſſe ſufficere. Errabant enim ignoranteſ quod non acciperet propheta mercedem. Cumque ueniſſent ante portaſ uirgineſ inuenienteſ ad aquam eunteſ: interrogauerunt eaſ de domo prophete. Que cum indicaſſent: adiciebant ut feſtinarent. antequam ad comedendum accederet. Multoſ enim eum ea die paſcere dicebant. et cum hiſ qui uocati fuerant eum primum diſcumbere. Samuhel autem propterea multoſ tunc ad conuiuium uocauerat. Nam dum precedenti die deprecaretur dominum ut ei prediceret quem conſtitueret regem: indicauerat ea hora altera die miſſurum ſe aliquem iuuenem: de tribu beniamin. Porro ſamuel in domo ſedenſ: tempuſ quod ei promiſſum fuerat expectabat. Quo adimpleto: deſcendenſ ibat ad menſaſ. Occurritque ſaul ei. Cui deuſ protinuſ indicauit: hunc eſſe regnaturum hebreiſ. Saul autem acceſſit ad ſamuhel: eumque ſalutanſ ſupplicauit ut ei domum prophete monſtraret: quam ſcilicet ut peregrinuſ ſe ignorare dicebat. Cumque ſamuhel ſe eſſe dixiſſet. eumque duceret ad conuiuium. incolumeſ eſſe pro quibus querendiſ miſſuſ fuerat aſinaſ indicauit: et omnia ei bona regni eſſe conferenda promiſit. Cui ſaul. minimuſ inquit ſum in cognatione mea. et de ultima tribu que regibus apta non eſt. et ex inferiore patria urbium ceterarum. ſed tu magiſ illudiſ et pro proiecto me fatigare contendiſ: de tribubus maioribus quam ut mihi conuenit nunc loquendo. Quem propheta deducenſ ad conuiuium recumbere fecit: ſimul et ſequentem puerum ſuper eoſ qui fuerant inuitati. Erant autem numero ſeptuaginta: precepitque ut parſ ei regaliſ apponeretur. Et cum hora dormiendi ueniſſet: aliorum quidem ſinguli ad propria diſceſſerunt. Saul autem apud prophetam cum famulo ſuo ſoporatuſ eſt. Die uero facto: ſamuhel eum excitanſ duxit foraſ. Et cum extra ciuitatem ueniſſent. famulum quidem precedere iuſſit: illum uero remanere. quaſi aliquid ei nullo alio preſente dicturuſ. Dumque ſaul puerum premiſiſſet. ſumenſ propheta uaſ olei ſuper caput iuueniſ effudit: eumque complexuſ ait. Eſto et rex a deo conſtitutuſ: et contra paleſtinoſ uindicaturuſ hebreoſ. Hoc autem erit tibi ſignum: quod te uolo preſcire. Cum pro

fectus fueris. invenies tres viros in via euntes in bethleem adorare dominum. Quorum primum quidem tres panes efferre videbis, secundum vero hedum, et tertium utrem. Iuvenes isti te salutabunt, et libenter suscipient, et dabunt tibi duos panes. Tu autem accipiens exinde venies ad sepulchrum rachel. Ubi cognosces quod inventae sint asinae. post haec venies in gabatha, et ecclesiam invenies prophetarum. Et divinitus inspiratus prophetabis cum eis, ita ut omnes habentes sensum cum viderint obstupescant atque mirentur dicentes. Unde ad hanc felicitatem pervenit filius cis, ut possit etiam prophetare? Cumque haec omnia signa fuerint facta, scito esse deum tecum, et salutabis patrem tuum atque cognatos. Veniesque post haec vocatus a me in galgala, ut pro his deo pacificas hostias immolemus. Haec autem praedicens dimisit eum. Porro saul omnia secundum prophetiam samuhel evenerunt. Cumque venisset in domum cognati sui abner quem prae omnibus parentibus diligebat, interrogante de profectu eius et quid accessisset, aliarum quidem rerum nichil abscondit, neque quod apud samuhelem prophetam fuisset, neque quod ei asinas inventas esse dixisset. De regno autem et eius eventibus quae etiam si audirentur, et invidiam et incredulitatem parerent, tacendum esse decrevit. Quod nec amico et amplius sanguinis vicinitate coniuncto cautum aut sapiens credidit indicare, dubitans ut reor de humana natura. Quippe cum verum sit quia perfecte nemo devotus est, neque amicus, neque cognatus, nec usque in dei donis purum aliquis servat affectum, sed circa profectus sublimium malivoli et invidi esse noscuntur. Samuhel autem convocavit populum ad civitatem masphat, et apud eum divino mandato verba disposuit dicens, quoniam dum eis deus praestiterit libertatem et subdiderit hostes, beneficiorum eius sint inmemores. Et dum quidem regem probaverint, nescientes quoniam utillimum est ab omnium rerum excelso iuvari, cum deus utique omnium sit solus excelsus, elegerunt autem se hominem habere regem, qui eis velut iumentis subditis consilio et desidio suo aliisque voluptatibus sit usurus, et potestatem suam sine aliqua paritate omnibus collaturus, quique non ita sicut deus proprium opus atque facturam tueri genus hominum festinavit, quod dominum solum constat semper efficere. Sed quoniam inquit vobis placuit, et haec iniuria praevaluit contra dominum, ordinamini omnes per tribus et sceptra, et mittite sortes vestras. Quod dum hebrei fecissent, sors cecidit tribus beniamin. Et dum fuisset denuo sors missa per genus, exiit progenies matharis. Cumque per viros ipsius generis sors missa fuisset, ad saul filium cis sors regni perducta est. Quod dum iuvenis agnovisset, semetipsum abscondit nolens videri ut arbitror sponte suscipere principatum. Sed tantam sui abstinentiam et temperantiam demonstravit, ut dum multi nec in parva felicitate gaudium valeant retinere, sed omnino conspicui esse desiderent, ille non solum semetipsum pro tali regno et tantarum gentium futurus dominus non ostendit, sed etiam a conspectu eorum quibus erat regnaturus se eripuit, et querendum se non sine eorum fatigatione fecit. Quibus difficultatem patientibus et cogitantibus quod saul non adesset, rogavit propheta deum ut ei ubi esset ostenderet, et iuvenem manifestum efficeret. Dumque cognovisset a deo locum in quo erat celatus saul, misit eum adducere. Et cum invenissent eum, in medio populi collocavit. Is enim omnibus eminebat, et ipsa proceritate regius erat. Dixitque propheta. Hunc vobis dedit deus regem, videtis quia et melior cunctis est et imperio dignus. Cumque optasset populus regi saul salutem, ea quae illis erant futura propheta conscribens rege audiente legit, et librum in tabernaculo dei recondidit, ob testimonium eorum quae praedixerat venturis generationibus offerendum. Dum haec itaque samuhel celebrasset, dimisit populum propheta. Et ipsi quidem in arimathim civitatem patriae suae secuti sunt. honorem regi debitum exhibentes, plurimi vero maligni et illum contempnebant, et aliis irridebant, et neque munera offerebant, neque studio aut sermone saul sibi placere monstrabant. Postmodum vero honoris eius initium belli causa contigit contra naas regem ammanitarum. Hic enim multa mala iudeis habitantibus transiordanem intulit, et cum multo ac pugnaci exercitu afflixit, urbesque eorum servituti subegit, quorum fortitudinem in prima ad praesens suae subdidit dicioni. Sapientia vero atque tractatu sic infirmos reddebat, ne rursus iugum potuissent evadere servitutis eorum. Nam etiam qui ad eum aut fide data venissent, aut quos lege bellica cepisset, dextros oculos evellebat. Quod ideo faciebat, ut sinistram partem vultus sui scutis celantes ad bellandum forent nimis inutiles. Et haec quidem cum fecisset habitantibus trans iordanem, super galadinos abiit, castraque ponens circa civitatem iabes, legatos ad eos misit, praecipiens ut se ei traderent, quatinus eorum oculos dextros auferret. Quod si nollent, per obsessiones eorum civitates se interminabatur evertere. electionem vero in ipsis esse, utrum vellent partem corporis amittere, an certe universi perire. Galadini vero merentes in talibus neutrum horum promittere praesumpserunt, neque semetipsos tradere neque repugnare. Septem vero dierum indutias poposcerunt, ut ad contribulos legationes mittentes, solatium ab eis expeterent, et siquidem auxilium eis veniret pugnarent, si vero

huius rei foret inopia. tradere se dixerunt et passuri quodcumque placeret hosti. Naas autem spernens multitudinem galaditarum eorumque responsum: dedit eis indutias. et solatia a quibuscumque vellent postulare permisit. Illi ergo repente per civitates israhelitarum miserunt: indicantes que eis faceret naas: et in qua tenerentur angustia. Qui ad lacrimas magnamque tristiciam. hoc auditu venerunt. Timor autem eis quemquam aliud facere non permisit. Cumque legati in regis saul civitatem venissent. et in quibus essent periculis iabite nuntiassent: populus quidem idem fecit quod illi priores. Flebant enim omnes calamitates. Saul autem ab opere agri reversus in oppidum: invenit flentes suos cives. Et dum causam eorum tristicie et confusionis inquireret: agnovit quod contigerat a legatis. Et divinitus inspiratus iabitas quidem remisit. promittens eis in auxilium se venturum die tertia. et ante solis ascensum portas esse venturum: ita ut victores eos et timore liberos ortus solis inspiceret. Iussitque aliquos eorum pro ducatu itineris sustinere. Volens autem populum ad ammanitarum bellum dampni timore convertere. eosque citius subvenire: incidens boum suorum nervos. hec se facere cunctis comminatus est: si non armati alia die concurrerent ad iordanem eumque sequerentur et samuhelem: ubicumque eos eduxerint. Illis autem propter timorem imminentis dampni definito tempore concurrentibus in civitatem palam dinumerata multitudine: invenit eorum numerum preter tribum iuda septingenta milia fuisse collecta. Illius autem tribus: septuaginta milia viri fuerunt. Transiens ergo iordanem et decem finium tota nocte iter faciens. oriente sole exercitu in tribus partibus constituto. repente et inopinabiliter irruit super hostes: factaque pugna. alios multos ammanitarum peremit. simul et regem. Hoc ergo opus clarum fecit valde saul. et apud omnes hebreos eum laudabilem demonstravit: magnamque fecit gloriam fortitudinis adipisci. Nam si qui prius fuerant qui spreverant eum. tunc conversi sunt ut honorarent: et meliorem cunctorum ad principatum iudicarent. Non enim ei suffecit tantum modo iabessenos eripuisse: sed etiam cunctam studuit pugnando ammanitarum subvertere regionem. Predamque sumens exinde copiosam: clarus ad patriam remeavit. Populus ergo pro rebus que geste fuerant a saul magna exultatione gaudebant: et quia regem talem ordinaverunt exultabant. Contra illos autem qui eum nichil rebus prodesse dixerant exclamabant: ut solet vulgus felicitate detentus evomere. contra eos qui in principiis huiusmodi rerum esse videntur auctores. Saul autem horum quidem circa se favorem amplectebatur: et voluntatem. Iuravit autem

nullum se nocere contribulium: nec illa die necare permittere. cum esset nimis incongruum. si data a deo victoria proprii sanguine generis fedaretur. sed deceret ut gloriam habentes ad invicem. festivitatem potius celebrarent. Cumque samuhel dixisset secundam ordinationem in confirmatione regni saul oportere fieri: omnes congregati sunt in galgala civitate. Illuc enim eos venire preceperat. et rursus populo vidente. propheta unxit saul oleo sancto et secundo denunciavit regem. Itaque isto modo hebreorum res publica ad regum iura conversa est: nam tempore moseos et iesu eius discipuli. qui post eum dux fuit: optima ducis conversatione regebantur. Post illorum vero mortem annis decem et octo populus eorum sine principe fuit: et postea ad conversationem pristinam sunt reversi. Ei quippe qui bello et fortitudine cunctos excelleret. tribuentes iudicii potestatem: et propterea tempus conversationis huiusmodi nimis eximium vocabatur. Samuhel autem propheta. congregatis hebreis ait. Coniuro vos per maximum deum. qui fratres illos optimos mosen et aaron duxit ad vitam. et patres nostros ex egypto de domo servitutis eripuit: ut neque aut verecundie aliquid conferentes neque timore perterriti. neque aliqua qualibet passione detenti. dicatis si quid a me pravum aut iniustum. aut lucri gratia. aut avaricia gestum est. Arguite me si cuius aliquid accepi aut vitulum aut ovem ad cybum recepi: aut si cuius iumentum ad utilitatem meam tollens aliquem contristavi. Ex his ergo omnibus si quid abstuli: dicite coram rege. Illi vero clamabant nichil horum ab eo factum: sed sancte et iuste eum prefuisse populis hebreorum. Samuhel autem cunctorum huiusmodi testimonium. cum fuisset de eo platum: ait. Quoniam indicastis michi. quia nichil incongruum de me dicere valeatis coram rege: nunc audite cum fiducia me dicentem. quoniam impie nimis egistis in deum petentes regem. cum vos oportuisset habere memoriam. quia cum septuaginta solummodo nostri generis avus iacob propter famem venit in egyptum: et illic multis milibus pereatis. que ad pessimum servitium egiptii perduxerunt. oratione patrum absque rege. tantam multitudinem ex necessitate deus eripuit. mittens eis mosen et aaron fratres qui vos eduxerunt in terram hanc: quam nunc utique possidetis. Et his adepti per deum bonis. dereliquistis pietatem atque religionem dei: quos ille hostibus subditis liberavit. et primum quidem assyriorum et eorum fortitudine potiores effecit: deinde prebuit victoriam ammanitarum novissime vero palestinorum. Et hec omnia concessa sunt non habentibus regem: sed cum gettha et gedeon. duces existerent. Que vos ergo tenuit stulticia ut fugeretis a deo. et

hominis uelut ee̅ sub regno: S; ego q̄dem h̄ uob instituit:
quē ds̄ elegit. Vt tam̄ uob manifestū sit dn̄m irasci. & ingra
tam ferre petitionē uram̄: in extremo ds̄ ipse hoc uob osten
det apud indicis. Qd̄ enī nullus uīm aliq̄do hic uidit facām:
messis t̄pr ymbrem dn̄ deprecān̄ effunde. Cūq; samuhel
hec dixisset ad p̄plm: tonitrua subito & chorusicationes
& grandinis impetus diuinitatis missione prrupit. ueritatē
p̄phē apud cunctos ostendens: ita ut obstupescentib; & in
formidine constitutis peccasse se cuncti p̄fiterent̄ & in hoc
pignorantiam incidisse. utq; dn̄m p̄pha uelut optim̄ pat̄
& initis rogaret. q̄tin̄ p̄pitius eēt. eisq; ut peccātū qd̄ p iniq̄tatē.
& iniuriā comiserant dimitteret exorabant. At ille p̄mi
sit dn̄m se rogaturū: & ut eis ueniam concederet meriturū.
Monuit tam̄ eos ut iusti forent & boni: & haberent semp
memoriā eoꝝ in q̄b; p̄uaricatione uirtutis inciderūt. & signoꝝ
di & legis latoris moseos. si eis cum felicitate regia salutis
eēt effectus. Qd̄ si hec negligerent: uenturā eis eoꝝq; regi
plagam maximā p̄phauit. Igitr̄ samuhel dum hec dixisset
hebreis confirmato scd̄o saulis regno: p̄plm remeare p̄mi
sit ad p̄pa. Saul ḡ eligens q̄si tria milia uiroꝝ ex om̄i plebe:
duo milia q̄dem ipse retinens. morabat̄ in ciuitate bethle
em. Ionathe ū suo filio mille dedit armigeros. eūq; misit
in gabatha. Ille autē obsidebat castra palestinoꝝ: non
p̄cul a galgalis. Palestini namq; qui in gabaa morabant̄
arma iudeis abstulerant. & munitissima loca suisq; castr̄
oportuna detinebant: interdicentes hebreis uti ferro. P̄p̄t
quam causam agricole si q̄d instrumēti eis eēt necessarium
ad culturam: uenientes ad palestinos fabricabantur illud.
Cum ḡ palestini cognouissent castra sua ab hebreis obses
sa. indignati & contemptum hebreoꝝ magnā iniuriam
iudicantes. iudeis prelium intulerē: ducentes pedestriū
q̄dem trecenta milia. curruū ū t̄ginta milia. & equitum
milia sexaginta: castraq; posuerē circa ciuitatē magnam.
Quod dum cognouisset saul rex hebreoꝝ. descendit in
galgalam ciuitatē. & in omni p̄uintia misit. p̄plm p̄pter
libertatē ad bellum inuitans contr̄ palestinos. eoꝝq; po
tentiam uilissimā eē declarans: & nimis indignū ut p̄ ti
morem p̄icula sustinerent. Dumq; p̄pli qui erant cū saul
multitudinem palestinoꝝ inspicerent. ualde sunt t̄riti:
& alii q̄dem in speluncis & cauernis & cloacis semet ipsos
celauerunt. Plurimi ū t̄ns iordanem lapsi sunt iugulati:
qui erant p̄cipue ex tribu gad & ruben. Misitq; saul ad
p̄pham: uocans eum ut cum eo de bello & reb; presentib;
cogitaret. Ille autē sustinē eū p̄cepit. & hostias p̄parare. p̄
septē dies ueniturū ad eū. ut septima die sacrificantes ita con
grederet̄ ad bellū. Qui sustinuit q̄dē sic p̄pha manda
